SACRA RITUUM CONGREGATIONE

E.mo ac Rev.mo Domino
Cardinali EUGENIO TISSERANT
RELATORE

ROMANA seu KAUNEN.

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS

SERVI DEI

Georgii Matulewicz-Matulevicius

SEU

Matulaitis

ARCHIEPISCOPI TIT. ADULITANI

REFORMATORIS CONGREGATIONIS CC. RR. MARIANORUM

ET FUNDATORIS

CONGREGATIONIS SORORUM AB IMMACULATA CONCEPTIONE

POSITIO

SUPER CAUSAE INTRODUCTIONE

Tipografia GUERRA ET BELLI
Roma - Piazza di Porta Maggiore, 2
1965

POSITIONIS INDEX

ROMANA seu KAUNEN.

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS

SERVI DEI

Georgii Matulewicz-Matulevicius

SEU

Matulaitis

ARCHIEPISCOPI TIT. ADULITANI

REFORMATORIS CONGREGATIONIS CC. RR. MARIANORUM

ET FUNDATORIS CONGREGATIONIS SORORUM AB IMMACULATA CONCEPTIONE

INFORMATIO

SUPER DUBIO

An signanda sit Commissio Introductionis Causae in casu et ad effectum de quo agitur.

Em.me ac Rev.me Domine,

1. — Inclytus Clericorum Regularium Marianorum Ordo per iniquas gubernii russici leges jamdiu suppressus jam jam erat moriturus, quia vix unus superstes et senex adhuc vivebat sodalibus, ad novam revocatus vitam, omnino instauratus, firmatus et dilatus est a praeclaro Dei Famulo, qui de ecclesiastica civilique societate benemeritissimus hodie coram Christi Ecclesia sistitur et rogat ut admittatur et suorum meritorum juridice condecoretur corona. Ipse enim qua filiusfamilias, qua discipulus in scholis publicis et in seminario, qua sacerdos in ministerio, qua magister in docendo, qua moderator in gubernando, qua reformator Ordinis, qua

religiosus et Episcopus et Apostolicus Visitator in arduis Ecclesiae negotiis, peragendis, semper et ubique omnibus tam excelluit virtutibus, ut eximiam apud omnes sibi comparaverit sanctitatis famam. Jure itaque meritoque omnes huius sancti Viri filii et sodales — Mariani Regulares Clerici — patrem legiferum et sapientissimum sistunt Reformatorem, ut corona gloriae judicetur dignus.

SYNOPSIS VITAE SERVI DEI

2. — Humili agrestique in loco v. Luginė, intra dioecesis tunc Seinensis et paroeciae v. Marijampolė fines, in Lithuania, e piis honestisque parentibus Andrea Matulaitis et Ursula Matulyte, agricolis, die 13 mensis aprilis anni 1871, natus est Dei Famulus, qui die 20 eiusdem mensis, baptismatis ablutus aqua, Georgius Boleslaus appellatus est.

A teneris annis fervida enituit pietate et materno cum lacte timorem Dei suxit.

Novissimus ex octo filiis, vix tres annos natus patre orbatus « per annos sex mansit sub tutela infirmantis matris et maioris natu sororis Aemiliae. Puer inde non mediocres expertus est tristitias, dolores et miserias » *(Summ. p. 18, § 69)*.

« Puero decem annorum mors eripuit quoque matrem et Georgius orphanus mansit solus sub dura tutela fratris Joannis, qui post mortem parentum haereditavit domum et agrum. Georgius expertus est omnem miseriam orphanorum: cibum parcum, vestimentum vile, hieme omnino insufficiens, dormitionem in ovili, tandem gravem morbum tuberculosis osseae, qui eum usque ad finem vitae torquere non destitit » *(Ibid. p. 18, § 70)*.

Georgius studia primaria et quinque annos gymnasii absolvit quidem, at non sine gravibus aerumnis « propter distantiam 5 km. scholae a domo paterna, insufficiens tempore hiemali vestimentum, frequentem recrudescentiam morbi et paupertatem, quae non sinebat

eum comparare sibi manualia scholae necessaria » *(p. 19, § 73)*. Derelictis itaque studiis, vitam rusticam aggredi coactus est, ut fratri Joanni administraret adiumentum.

3. — Quum paterna in domo religionis officia devote adimplerentur et omnes liberi paroecialem Ecclesiam ad cathechesim frequentarent, Patres Mariani Mariampolenses vocationis semen in corde pueri coluisse videntur. Puer autem pius et humilis, docilis obediens crescebat aetate et virtute insimulque laboribus agrestibus vacabat et sperabat se, Deo auxiliante, sacerdotem fore.

Annum aetatis suae decimum octavum agens ad statum ecclesiasticum suam manifestavit vocationem, sed frater natu maior obstitit, quia ad studia haud idoneum exilis valetudinis causa eum putabat.

Sed anno 1891, aetatis suae vigesimo, ope avunculi Joannis Matulewicz in dioecesanum Seminarium Kielcense in Polonia receptus fuit, ibique ingenio, sedulitate ac pietate existitit conspicuus. Tunc temporis, attentis peculiaribus circumstantiis, ad instar avunculi, cognomen immutavit in « Matulewicz » seu « Matulevicius ».

Seminario Kielcensi iniusta gobernii russici dispositione clauso alumnisque hunc illuc dispersis, Georgius missus est Varsaviam, ad studia prosequenda in archioecesano Seminario, ubi duos adhuc annos permansit, sc. usque ad annum 1895.

Curriculo in Seminario Varsaviensi peracto, ut superiora studia congruenter juxta sui ingenii aciem absolveret, missus est ad Academiam Romana-Catholicam Petropolitanam, atque quadriennio rite expleto, Sacrae Theologiae Magister *summa cum laude* renuntiatus est.

Anno superiore, i. e. die 20 novembris 1898, magno cum animi solatio et gaudio, ad Ordinem sacerdotalem evectus fuerat.

4. Post adeptam Magisterii licentiam in S. Theologia, ad dioecesim Kielcensem rediit, ibique munere Vicarii paroecialis functus est. Deinde, Superiorum iussu, primum Germaniam et postea Friburgum in Hel-

vetia petiit ad lauream in S. Theologia assequendam, quam quidem « *praeclarissime* » adeptus est anno 1902.

Eodem anno ad dioecesim Kielcensem reversus magister iuris canonici et latini idiomatis in dioecesano seminario constituitur, at, proh dolor, brevi post. sc. a. 1904, ingravescente morbo tuberculosis osseae, ob quem iam Friburgi operationem chirurgicam passus erat, in nosocomium Varsaviense pro pauperibus recipitur, a quo tamen discedere coactus est, ne vitam in supremum discrimen adduceret; benigne inde ac summa caritate ab Ancillis a S. Corde Jesu exceptus et omni cum diligentia ita est curatus, ut tandem recuperare quodammodo valetudinem potuerit. Pergratum ergo his Sororibus ostendit animum, religionis et pietatis adulescentulis educandis doctrinam ac lectiones impertiendo.

Interim, Varsiaviae degens, « associationem operariorum fundavit; organizationem iuventutis universitariae roboravit et ampliavit; primam in Poloniam *hebdomadam socialem* praeparavit et effecit; congressui sacerdotum praeceptorum religionis in scholis praefuit ac discussiones optime direxit; alium congressum sacerdotum, illegitime et fraudolenter, inscio Ordinario loci, a nationalistis Varsiaviae convocatum, summa cum prudentia in viam rectam revocavit ».

Anno 1907, inter professores Academiae adnumeratus, Petropolim petiit, ibique per duos annos sociologiam edocuit, iuxta Summi Pontificis Leonis XIII dictamina in Encyclica « *Rerum Novarum* » enucleata, et per aliud biennium theologiam dogmaticam « secundum principia ac methodum S. Thomae Aquinatis » *(§ 98)*; postea vero eiusdem Academiae, ob aestimationem et obsequium, quibus eum prosequebantur Superiores et alumni, vice-rector nominatus est.

5. — Interea, cum iamdiu vocationem coluisset religiosam ad maiorem sibi comparandam perfectionem, Ordinem CC. RR. Marianorum, a gubernio civili suppressum, instaurare cogitavit et clandestine reformare incepit. Venia ab Ordinaria et Apostolica auctoritate rite impetrata, anno 1909 vota religiosa nuncupavit, no-

vas Constitutiones conscripsit, quas Sanctus Pius X, per decretum diei 28 novembris 1910, approbavit, atque alios confratres in eadem Academia Ecclesiastica adscivit.

Anno 1911, vita functo superstite Moderatore Generali, Dei Famulus a duobus novis professis ad id munus electus est, quod ad finem usque vitae, per repetitas electiones, retinuit ac exercuit tali diligentia, zelo et amore ut, cum ad coelos evolavit, sodales Ordinis conspicuum numerum 319 attingerent *(§ 23 et 404)*.

Superior Generalis igitur electus prudentissime censuit officia Academiae deponere et Friburgum in Helvetia petere ut inibi domum novitiatus aperiret, ad plures excipiendos sacerdotes ad vitam religiosam vocatos.

Anno 1913 in Americam Septentrionalem se contulit ad sacerdotes lithuanos invisendos et Chicagiae novum instituit novitiatum.

Bello saeviente, anno 1914, in Poloniam redire coactus est; ibique per integram belli periodum, i. e. usque ad annum 1918, moratus est, pluribus incumbens operibus religionis et caritatis, novum in loco « Bielany » instituit Novitiatum, necnon domum ad orphanos instituendos, quos ducentos numero recepit, educavit et aluit, pro quibus ideo « mendicare quasi ostiatim panem, poma terrae, carbones, vestimenta traditur » *(p. 28, § 108)*.

Bello exeunte, in Lithuaniam profectus est et mense martio 1918 pervenit Mariampolim, ibi domum religiosam reordinavit, novitiatum instituit, novam Congregationem « Servarum Pauperum » seu « Sororum Pauperum » seu denique « Sorores Immaculatae Conceptionis B. V. Mariae » fundavit eiusque statuta composuit ac conscripsit *(Ibid. p. 28, § 110)*.

6. — Die 23 octobris 1918 a Summo Pontifice Benedicto XV f. r. dignitate Episcopali, etsi invitus, ornatus est, qua Episcopus dioecesis Vilnensis. Eam latissimam dioecesim per septem annos magna cum animarum cura et religionis zelo rexit, populi praesertim concordiam, valde ea tempestate et eo loco, per dominatum passim germanorum, lithanorum et demum polonorum, vexatam et agitatam admodum composuit et

restauravit, odium inter gentes diversae nationis compescere summa ope studuit.

Qua Episcopus Vilnensis perplura passus est discrimina, sive ob politicas perturbationes et eversiones, sive ob difficultates et fastidia civilis principatus. « Plus quam ab *ultra-nationalistis* polonis, passus est Servus Dei a bolschevicis, vi invadentibus domum, minantibus carcerem, exilium, mortem » *(Summ. p. 31, § 120)*.

In omnibus vero angustiis et difficultatibus constanter ac mirifice ipse ostendit: « suam inconcussam spem in Deo, impertubabilem animi quietem, fortitudinem pastoris nolentis derelinquere gregem suum, quamvis multi id suadebant, rectum ac promptum consilium in maximis difficultatibus, patientiam incomparabilem et perseverantiam usque ad finem » *(p. 32, § 123)*.

Qua Episcopus omnibus heroice effulsit virtutibus ac praesertim *prudentia pastoris et caritate paterna*, qua omnes amplectabatur quinque diversae gentes suae dioecesis: Polonos, Lithuanos, Albruthenos, Russos et Judaeos *(Summ. p. 32, § 124)*.

7. — Anno 1925, post initum concordatum inter Sedem Apostolicam et Poloniam, Sede Episcopali Vilnensis vi eiusdem concordati evecta in Sedem Archiepiscopalem, Dei Famulus, ad vitandas novas perturbationes nationalistarum necnon difficultates penes S. Sedem in designatione novi Archiepiscopi Metropolitani, Summo Pontifici suas abdicationes obtulit, quas Pius XI, attentis Servi Dei validis argumentis, etsi aegre, acceptavit die 14 iulii, Servum Dei tamen ad dignitatem Archiepiscopi Titularis Adulani die 1 septembris eiusdem anni promovit *(§ 126)*.

Relicta Vilnensi Sede, Urbem petiit, ibique, suae Congregationi qua Superior Generalis praecipue intentus, per paucos menses degit, cum die 7 decembris eiusdem anni 1925 Summus Pontifex Visitatorem Apostolicum in Lithuaniam Servum Dei, ad placandos animos magnopere idoneum, mittere aestimavit. Lituani enim, exacerbati ob concordatum S. Sedis cum Polonia, relationes cum Vaticano abruperant.

Lithuanam regionem statim adivit et integram peragravit, aptas cum actoritatibus fovit relationes, populi edocuit mentes eiusque animum mulsivit, tali cum fructu et effectu ut protinus insequenti anno, Constitutione Apostolica « *Lithuanorum Gente* » diei 4 aprilis 1926 *(§ 389)*, nova fundata fuerit Provincia Ecclesiastica Lithuana, novis dioecesibus novisque Episcopis creatis.

8. — Eodem anno 1926, occasione Congressus Eucharistici Internationalis Chicagiae habiti, lithuanas paroecias, numerum 91 attingentes et in toto territorio Americae Septentrionalis sitas, per tres menses visitavit *(§ 392)*, sacra ministrando et verbum Dei continenter praedicando *(§ 393)*.

Denique Kaunam reversus est, ut operam daret schemati concordati, quod parabat ad componendas relationes inter Lithuaniam et S. Sedem.

Vix hoc opere expleto ac relatione cum schemate die 21 januarii 1927 ad S. Sedem missa, dum ipse Urbem petere cogitaret, statim gravi correptus fuit morbo, i. e. acuta appendicite, qui ne per operationem quidem chirurgicam devinci potuit.

Strenuus ac indefessus pro Dei honore animarumque salute pugnator vel in extremis hoc suis Consodalibus dedit mandatum memorandum: « *Aciem struite et sacrificamini* » (Summ. p. 28, § 149).

Acerrimos morbi dolores potientissime pertulit et divinae voluntati resignatus, Sacramentis pientissime receptis, die 27 januarii 1927, meritis et virtutibus praeclarus, actuosam sanctamque vitam sancta coronavit morte.

PROSPECTUS CHRONOLOGICUS CURRICULI VITAE SERVI DEI

An. 1871, die 13 aprilis, natus *(Summ. p. 217)* et die 20 eiusdem mensis baptizatus est.

An. 1891, Seminarium Kielcense ingreditur *(p. 130, § 533)*.

An. 1893, in Seminario Varsaviensi studia prosequitur *(Ibid.)*.

An. 1895, ad Academiam Ecclesiasticam Petroburgensem mittitur *(p. 3, § 39)*.

An. 1898, die 20 novembris, Sacerdotio est auctus

An. 1899, Licentiam in S. Theologia consequitur, et in Kielcensem urbem regreditur.

An. 1902, Doctor in S. Theologia « *praeclarissime* » creatur Friburgi *(p. 131, § 535)*.

An. 1902, Professor in Kielcensi Seminario iuris canonici et latini idiomatis *(p. 21, § 82)*.

An. 1904, in nosocomio Varsaviensi pauperum, ob tubercolosim osseam, recipitur *(p. 22, § 86)*.

An. 1907, in Petropolitana Academia primum sociologiae et theologiae dogmaticae, professor deinde Vice-rector nominatur *(§ 16)*.

An. 1909, die 29 augusti, reformationem Marianorum aggreditur et vota nuncupat *(Summ. p. 91, § 373)*.

An. 1911, die 27 julii, Moderator Generalis Marianorum eligitur *(Ibid. p. 92, § 378)*.

An. 1913, Chicagiam se confert ad domum novitiatus instituendam *(Ibid. p. 93, § 381)*.

An. 1914, in Poloniam regreditur *(Ibid. p. 93, § 382)*.

An. 1918, mense martio, Lithuaniam petit (546-548) *(p. 133, § 546)*.

An. 1918, 23 octobris, Episcopus Vilnensis renuntiatur *(p. 133, § 549)*.

An. 1925, Episcopatu Vilnensi abdicato, Archiepiscopus Titularis Adulensis nominatur *(p. 134, § 551)*.

An. 1925, die 7 decembris, ut Visitator Apostolicus in Lithuaniam mittitur *(p. 59, § 235)*.

An. 1926, Chicagiam attingit, Congressui Eucharistico interest et lithuanas paroecias per tres menses visitat *(p. 96, § 391 et seq.)*.

An. 1927, die 27 januarii, piissime in Domino quiescit *(p. 100, § 403)*.

DE PROBATIONIBUS

9. — Annis 26 ab obitu Servi Dei elapsis, fama sanctitatis percrebescente, in Vicariatu Urbis iuridiciae de sanctitate vitae, virtutum et miraculorum fama in genere adornatae fuerunt probationes. Praeterquam quod in Vicariatu Urbis, alii construeti fuerunt processus rogatoriales penes Curias Bruklyniensem, Luganensem, Mechliniensem, Buffalensem et Serantonensem.

Apud Vicariatum Urbis processus initium habuit die 30 octobris 1953 et conclusus est die 18 aprilis 1956; rogatoriales ceteri volventibus annis 1954-1955.

Testes viginti et duo rite excussi sunt, quorum duo ex officio; omnes autem de visu, duobus exceptis: his insuper accensendum est testimonium scriptum Exc.mi D.ni Henrici Przezdziecki.

Ex testium depositionibus omnia curriculi vitae Famuli Dei elucent adiuncta, necnon illius indefessum ministerium, egregia opera, praeclarae virtutes.

Aliqui ex Testibus sunt in auctoritate constituti; fere omnes aut Sacerdotes aut Religiosi; pauci tantum, sc. quatuor, sunt laici honestate et doctrina praestantes et alii plures *extranei* sunt, juxta can. 2030, ad Congregationem CC. RR. MM., quam Dei Famulus reformavit.

Digni certissime sunt omnes fide habendi, eo vel magis quod plures cum Dei Famulo diuturnam et vere intimam habuere consuetudinem.

E Proc. enim Romano testis I cum S. D. vixit ab anno 1902 ad 1927, scilicet per viginti et quinque annos; testis II per duos annos hebdomadarios conctactus habuit cum S. D., confessario et spiritus Directore;

testis VI ab anno 1918 usque ad S. D. mortem saepe S. D. revisit et allocutus est; testis VIII, per tres annos S. D. frequentavit *(§ 312)*; testis XI, S. D. magistrum habuit per tres annos *(§ 432)*.

Testis insuper processus rogatorialis Luganen. S. D. collegam habuit in Academia Petropolitana per quattuor annos *(§ 790)* et postea pluries eum revisit.

Testes itaque tales sunt ut, tum numero tum qualitate, vere firmum, idoneum ac plenum praebeant probationum instructum.

DE VIRTUTIBUS IN GENERE

10. — Non tantum testes huius processus, quos infra audiemus, Servum Dei praedicant omnium virtutum exemplum et heroem praeclarum, sed omnes qui quoquomodo eundem cognoverunt et frequentaverunt, tali aestimatione et fama sanctitatis Eum extulerunt ut, merito quidem, testis XII Romani Proc., re mature perpensa, scribere potuerit: « Iam plus quam 8 annis studeo vitae operibusque Servi Dei investigo fontes proximos et authenticos, colligo de eo testimonia quaecumque sint et nec unam inveni respectu religioso et morali obiectionem contra Servum Dei, e contra omnes fontes hominesque, *etiam adversarii et athei, sunt concordes* in Servi Dei archiepiscopi Georgii Matulaitis virtutibus non communibus, et vitae sanctitate extollendis » *(Summ. p. 128, § 526)*.

Nihil itaque mirum si, ut ex eodem teste novimus, viri non parvae auctoritatis eum maxima veneratione prosecuti sint et eius sanctitatem summis laudibus praedicaverint:

« Ioannes Perlowski, Minister Poloniae Plenipotentiarius apud S. Sedem, qui annis 1925-1926 habuit occasionem Romae cognoscendi Archiepiscopum Georgium Matulaitis eumque saepius visitandi et de eius sanctitate admiratus aliis confessus est: *Ego solummodo unius sacerdotis manum osculor i. e. sacerdotis Georgii* ».

Episcopus Petrus Franciscus Bucys Servi Dei Georgii condiscipulus et collaborator proximus qui circiter per 30 annos Servum Dei noverat, de eo dicit virtutes eius fuisse maiores illis, quae necessariae et convenientes sunt homini quem Ecclesia ad alta munera elevavit.

Et ulterius: « Habuit omnes requisitas virtutes sacerdotales, necnon episcopales et quidem non qualescumque, sed altas magnopere... Religiosis exemplo fuit quoad tres votorum virtutes; obedientiam, castitatem, paupertatem; ... perfecta forma sacerdotalis, quoad zelum, laboriositatem, patientiam atque affabile promptumque sacrificium; ... perfectis espiscopalis quoad extraordinariam sapientiam, iustitiam, fortitudinem necnon misericordiam. Super has aliasque optimas eius qualitates, secundum episcopum Bucys, excellebat caritas, qua circumfundebat omnes homines, qui modo cum eo relationes habebant.

Achilles Ratti, Nuntius in Polonia, et Visitator Apostolicus pro Lituania, de sacerdote-episcopo Matulaitis non semel dixerat: « *Vir sanctus* », « *Verus vir Dei* », et similiter. Octo circiter annos post Archiepiscopi Georgii mortem iam Papa Pius XI, cum imaginem archiepiscopi aspexisset, dixit: « *Hic fuit vir vere sanctus* » (Summ. p. 126 et seq., § 580 et seqq.).

11. — Haec sanctitatis fama iuridice confirmata est per os omnium testium, cui una voce asserunt S. D. revera omnium virtutum praeclara dedisse specimina. « Il Servo di Dio era *senza dubbio uomo ricco di virtù « cristiane*. Viva era in lui la fede, l'amore verso Dio « e verso il prossimo. — Ita testis V proc. Roman. — « Bastava sentirlo parlare, sia durante le Confessioni « che nelle Conferenze per convincersi della sua bontà. « E si noti che egli nelle sue azioni era coerente a quanto « insegnava » *(Summ. p. 55, § 216)*.

Testis VII autem praeclares virtutes, sive ex propria experientia sive ex fama, praedicat: « Ho potuto « ammirarne le rare virtù » *(p. 73, § 306)*. « Ottima fu « l'impressione che suscitò in me il Matulevicius, poiché « mi apparve *un uomo di gran virtù* » (p. 74, § 308).

« ... Se devo attenermi alla voce commune — ita testis IX — devo dare una risposta affermativa a que- « sta domanda (i. e. di non aver notato nel Servo di « Dio alcun difetto) tanto più che per quanto a me con- « sta vi era in Lui uno spirito di fede, di amore verso « Dio e verso il prossimo non comune » *(p. 77, § 321)*.

Ex eodem Teste apte discimus quid de Servo Dei senserit « il famoso Professor Dovydaitis, esimio or- « ganizzatore dell'Azione Cattolica Lituana », qui, proh dolor, in iudicium vocari non potuit, eo quod processus tempore captivus in Siberia detinebatur: « *Egli aveva « qualità che io a tutt'oggi non ho trovato in altri uo- « mini* » (p. 82, § 340 et seq.).

Pari laude extolluntur virtutes Servi Dei ab omnibus qui cum eo necessitudines foverunt: « Circa le vir- « tù religiose io posso attestare — ita testis XV — che « tutte le persone che hanno conosciuto il Servo di Dio « e me ne hanno parlato si sono fermate *a magnificarmi* « lo spirito di umiltà, di povertà, castità e obbedienza » *(p. 150, § 634).*

12. — Omnes in exercitio sanctitatis Servus Dei amplectebatur virtutes: « Omnes videbant eius pietatem sinceram, eius bonitatem non simulatam, eius paupertatem, eius mortificationem *et sic considerabant eum sacerdotem convictum, sacerdotem exemplarem et etiam sanctum* » (p. 122, § 505). Exc.mus Episcopus Siedlcensis probe scripsit: « E sempre più ammiravo questa « *limpida anima, il suo zelo,* la sua vasta scienza, la sua « chiara opinione nelle questioni teologiche, giuridiche, « educative, sociali, nazionali. Preghiera e lavoro, amo- « re di Dio e del prossimo, *riempivano ogni momento « della sua vita;* in questa vita non c'era tempo per il « riposo » *(p. 152, § 644).*

13. — Sed habitus omnium virtutum evincitur heroicus ex actibus virtuosis constanter, prompte ac delectabiliter elicitis etiam in arduis adiunctis. Ad rem testes concorditer docent. E testibus Proc. Ord. Roman. audiamus R. P. Marianum, testem I aientem: « Posso « in coscienza affermare che il S. di D. esercitò, anche « quando fu infermo e debole, *tutte le virtù in modo « eroico,* cioè con costanza, con fortezza, con piacere » *(Summ. p. 12, § 50).*

Testis II apprime concordat hisce verbis: « Riten- « go che esercitò questa virtù *in grado eroico,* in quanto « sentivo dire che le esercitò *costantemente, prontamen-*

« *te ed abilmente, senza mai venir meno sia pure nelle* « *più piccole cose* » (p. 49, § 190).

Testis X: « Il Servo di Dio ha esercitato le virtù « in modo costante, senza interruzione, e non mi consta « di alcun difetto. Il cameriere ebbe a dirmi: " Il Ve- « scovo è un *modello di perfezione* e posso attestare di « non aver mai riscontrato in lui alcun vizio o difetto » *(p. 105, § 427).*

Testis XV: « Nell'esercizio di queste virtù fu sem- « pre costante e nessuno poté negarle, nemmeno i suoi « nemici » *(p. 147, § 619).*

Testis Proc. Rogat. Bruklyn. pariter sic fatetur: « Riguardo alle virtù già menzionate... le esercitò in « *grado eroico* », quia « egli esercitò queste virtù co- « stantemente e con gioia, in un modo oltre l'ordina- « rio... per amore di Dio e del prossimo si sacrificava... « ed esercitava *sempre le virtù prontamente, volente-* « *rosamente e con gioia* » (p. 182, § 779).

Similia plus minusve expressis verbis proferunt testimonia reliqui testes, ceu in Summario prostat.

In singulis autem virtutibus demonstrandis heroicis fastigium sanctitatis sancti Viri et omnium eius virtutum fulgor luculentius effulgebunt.

DE HEROICA FIDE

14. — Fides, quae a S. Augustino (Tomo X serm. 38 de tempor) dicitur: « Bonorum omnium fundamentum ac humanae salutis initium, sine qua nemo ad filiorum Dei consortium potest pervenire », merito inter theologales virtutes primum obtinet locum, cum sit, testante S. Ambrosio, « *virtutum omnium radix* ».

Huius virtutis praecellens exercitium, qua fundamentum totius sanctitatis, semper a pueritia usque ad obitum enituit in Dei Famulo, qui, in omnibus vitae suae circumstantiis probationes profundae ac vivae fidei praebere non destitit.

Iamvero testis II proc. Roman. habet: « Il Servo « di Dio *aveva una fede profonda* che manifestava spe- « cialmente negli scritti e nei discorsi. Erano parole

« semplici le sue; ma riflettevano la profonda convin-
« zione interiore per cui non appena lo si sentiva par-
« lare si sentiva che *viveva di fede* » (p. 44, § 172).

Huius fidei exemplum inde a iuventute magnopere dedit, nam testis V asseverat: « Alcuni compagni di Se-
« minario del Servo di Dio e con i quali io stesso ho po-
« tuto parlare mi hanno dichiarato che sempre, *anche*
« *da giovane ha avuto una profonda fede* » (p. 63, § 254). Quamque semper ostendit et docuit: « Nel Servo
« di Dio fu *da tutti notata una grande fede* ».

Ait Testis XV: « il S. D. ebbe *una fede molto pro-*
« *fonda,* che manifestava *con le parole e con le opere* » (§ 612).

Testis IX: « Il Matulevicius... quando parlava riu-
« sciva ad essere gradito ed efficace, poiché le sue pa-
« role manifestavano una *fede sentita e vissuta* » (§ 317); idem confirmatur a Teste Luganensi his verbis:
« tutti i partecipanti lo ascoltavano con molto piacere
« e ammirazione il suo spirito veramente ecclesiastico.
« Dalle sue parole appariva viva fede » *(§ 794).*

« In tutto era animato da *sincera, viva fede* » (§ 801).

Addit Testis Meclyniensis: Mgr. *vivait de sa foi*
« *surnaturelle.* Son langage en était empreint et ses
« oeuvres la manifestaient » *(§ 848).*

« Il avait un grand attachement à la foi » *(§ 850).*

Concordat demum Testis Buffalensis, aiens: « Egli
« ebbe una fede soprannaturale. Nelle sue prediche no-
« tai una fede soprannaturale e straordinaria » *(§ 869).*

15. — Ex fide, quam verbo et opere ostendebat, intime S. D. vivebat. Vis et magnitudo enim fidei maxime elucet per actus, quos imperatos vocant, quique, cum in externum se prodant, argumenta praebent huius virtutis habitum.

Peculiaria porro argumenta quae intimae fidei sensum in propatulo ponunt, in Actis prostant.

In primis pietas, seu religiositas, quam D. F. continenter et crebris actibus coluit, nam inde a teneris

annis pietate refulsit, quam semper excoluit in adulescentia, in provecta aetate et usque ad extremum vitae spiritum.

Testis VI proc. Roman. probe memorat: « Era di « buon esempio per la sua pietà. Mentre conduceva i « buoi recitava il Rosario e quando sostava momenta- « neamente perché le bestie prendessero respiro, cava- « va il libriccino e diceva le preghiere. Una mia vecchia « zia... mi narrava che il S. D. quando ancora frequen- « tava le elementari, al termine della scuola entrava in « Chiesa dove pregava devotamente » *(p. 56, §§ 223-224)*.

Testis XII pariter habet Servum Dei fuisse: « di « esempio fin da piccolo ai coetanei per la sua religio- « sità. Andando a scuola allungava la strada per poter « andare in Chiesa a visitare Gesù e a meditarne la pas- « sione. Quando attendeva al lavoro dei campi non era « difficile vederlo con una mano guidare l'aratro. men- « tre con l'altra teneva il Rosario... passava le giornate « nello studio e nel raccoglimento » *(p. 112, § 462)*.

Idem Testis scribit Patrem Marianum Wisniewski, qui cum S. D. Georgio per 25 annos intimas relationes habuit, de Servo Dei testari: « ipse fuit vir eximius pietate et laboriositate. Nec in cubiculo perdidit tempus neque in Capella » *(§ 492)*.

Testis XIII demum refert: « la morte fu per lui « un'ultima occasione per dimostrare a tutti noi l'in- « tensità della sua fede » *(§ 560)*, nam. ut ait Testis I Proc. Roman.: « Ricevette con grande fervore i Sacra- « menti e volle benedire i presenti e la sua Congrega- « zione » *(§ 52)*.

17. — Pietatis habitus recidit in spiritu orationis, quae ex fide alitur et fidem alit, quamque D. F. obsecundavit, diu noctuque in eam versando, sive mentalem, ut aiunt, sive vocalem.

Non pauca extant de hac re testimonia.

Testis III: « Il S. D. *era uomo pieno di fede*... spes- « so durante il giorno... lo vedevo pregare » *(§ 197)*. « Per tutto il tempo che il S. D. rimase ospite nel Con-

« vento dove io mi trovavo... *mi colpiva... il grande spi-* « *rito di preghiera* del quale appariva ripieno » *(§ 204).*

Testis XII: « Id quod maxime fructum zeli apostolici Servi Dei significabat erat eius *assidua oratio. Orabat ille habitualiter* » (§ 506), quam piam consuetudinem confirmat Testis Bruclyniensis a quo discimus S. D. orasse in omnibus diei horis: « Ero solito vederlo « pregare nella sua stanza, passeggiando, in Cappella » *(§ 682),* necnon Testis XIII, qui ait « io stesso ho avuto « occasione di constatare... *come vivesse in continuo rac-* « *coglimento* » (§ 558).

In orationibus faciendis profundo ducebatur spiritu fidei, nam, ut ait Testis Bruclyniensis: « nelle sue « preghiere, nelle preghiere pubbliche, *l'ho notato esse-* « *re rapito nell'atto della preghiera come se sentisse di* « *essere alla presenza di Dio* » (§ 697).

Nihil mirum ergo si eius verba et sermones spiritum orationis et fidei saperent ac excitarent: « quando « parlava, i suoi sermoni erano una indicazione dell'es- « sere lui *un uomo di profondissima preghiera* » (§ 880).

Porro si « *profondissima preghiera* » eius itemque altissima eius fides, quippe, docente Card. Bona: « *in oratione exercetur fides, nemo enim oraret, nisi crederet Deum esse praesentem, et preces clamantium ad se audire, easque posse et velle, si juste petimus, exaudire* » (Princip. vit. Christ. par. 1, c. 48, p. 41). Et Card. de Lauraea recte docet quod « *continuam orationem suscitat fides eximia* » (De virt. et vit. disput. 32, art. unic. n. 4, 193).

18. — Praecipua vero orationis fundamenta inveniuntur in cultu erga fidei mysteria et praesertim in adoratione erga SS. Eucharistiam, in recogitando Christum pro hominibus patientem, necnon in Sanctorum, et maxime B. V. M., veneratione et devotione.

Ipse enim maximam coluit adorationem et frequentiam erga augustissimum Sacramentum Altaris, quibus augebat fervorem ac proin clarius evidentiusque praecellentem ostendebat fidem in cultu adorationis in Jesum Eucharisticum, in quo recolendo « *exercetur summa fides... quia credimus Deo dicenti, ibi esse corpus*

«*Christi, etiamsi visus, gustus, tactus, omnesque sensus contrarium iudicent*», ceu notat Cornelius a Lapide (Comment. in I. ad Timot. 3. 9). Nullum elabi diem sinebat quin ante altare plures temporis horas, diu noctuque in fervidissimam humillimamque impenderet adorationem et quidem magna animi intentione et admirabili corporis compositione:

Testes ad rem satis docent: « Per due volte ho visto « il Matulewicz già Vescovo a Marijampolé, pregare con « grande devozione davanti all'Altare del SS.mo nelle « ore pomeridiane. Il suo atteggiamento era di grande « umiltà e di vera devozione » *(§ 252)*. Ita Testis VI Proc. Roman., cui concinit testis Bruklyniensis dicens: « Mi è rimasta profondamente impressa la sua profon- « da e devota fede nel Sacramento della S. Eucarestia, « specialmente a motivo delle sue frequenti visite al « SS.mo Sacramento e del tempo che egli passava in « sua presenza » *(§ 699)*.

Idem testis addit: « Alcune volte lo vidi davanti al « SS.mo Sacramento *durante le ore notturne* » (§ 747). « *L'ho osservato quotidianamente quando tre volte fece « una visita al SS.mo Sacramento,* al mattino, nel po- « meriggio e la sera pregando devotamente... ciò avve- « niva tutti i giorni » *(Summ. p. 156 et seq., § 16? et seq.)*. Et requisitus quantum temporis spatium S. D. impenderet coram SS.ma Eucharistia, respondit: « Non « meno di 10 minuti (i. e. durante le tre visite quoti- « diane) spesso più a lungo. Prima di andare a letto, « facevo una visita al SS.mo Sacramento e ve lo tro- « vavo » *(p. 160, § 680)*.

Eius fidei spiritum erga SS.mam Eucharistiam plane demonstrant verba, quae in suo Diario ipse scripsit die 22 martio 1919: « Approfittando delle facoltà ri- « cevute dal S. Padre, ho insediato il carissimo Gesù « Sacramentato nella mia cappella; adesso sarò più tran- « quillo, più giocondo col dolcissimo Salvatore, abitan- « do sotto lo stesso tetto. *Adesso potrò visitarlo più « spesso* » (§ 253).

Hanc vero devotionem etiam in alios inculcare satagebat. « Il Matulevicius, spiritualmente ben formato, « si distingueva per la sua devozione a Gesù Eucaristia,

« devozione che inculcava alle Religiose ed alle studen-
« tesse » *(§ 625)*.

19. — Peculiaris huius devotionis demonstratio depromitur quoque ex aestimatione et celebratione sacrificii divini: « Quando celebrava la Messa era tutto com-
« preso dell'importanza del sacrificio. Ho avuto occasio-
« ne di servirgli la Messa qualche volta, e ho potuto no-
« tare lo spirito con il quale la celebrava... ho sentito
« dire dai Confratelli che gli erano stati vicini, che per
« dare solennità al culto e per rendere più belle le fun-
« zioni che faceva nelle Chiese parrocchiali, quando vi
« si recava in visita pastorale, celebrava volontieri la
« Messa solenne, mostrando così di non avere alcuna
« fretta e desiderando anche che in tal modo i fedeli si
« rendessero conto ed apprezzassero il valore del Sacri-
« ficio Divino » *(§§ 173-174)*.

Testis III: « Il Servo di Dio... celebrava la Messa
« con molta unzione » *(§ 197)*.

Testis IV: « Per tutto il tempo il S. D. rimase ospi-
« te del convento dove io mi trovavo gli servii la S.
« Messa, *e mi colpiva la devozione con cui la celebrava* »
(§ 204).

Testis VI: « Ho servito parecchie volte la S. Mes-
« sa al S. D., nell'anno 1926, constatando *con quan-*
« *ta unzione e raccoglimento* celebrava i santi misteri »
(§ 252). Admirationem excitabat in Sacro litando: « *Il*
« *était impressionant* quand il disait sa Messe » *(§ 848)*.
Unde testis XII affirmat: « Una volta divenuto Sa-
« cerdote, celebrava la S. Messa con grande devozione
« attenendosi diligentemente alle cerimonie. E questa
« devozione aumentò sempre in lui con l'andare degli
« anni, tanto che il Padre Giovanni Jakaitis, che ebbe
« a servire la Messa all'Arcivescovo, ebbe a dichiarare
« *che la celebrava da Santo* » (§ 467).

Hinc porro non solum *fidei heroicae*, verum et sanctitatis nota in Christi Famulo arguitur, nam Lambertinius docet: « *Ex quotidiana aut fere quotidiana sacrificii celebratione indicium et nota sanctitatis hauriri poterit* » (Lib. II, c. 27, n. 5); multo firmius id tenendum

est cum fervor talis assiduitati accesserit ut admirationem et aedificationem excitaret.

20. -- Ex cultu insuper in Deiparam Virginem et Sanctos fidei habitus elucet, nam Laurentius Justiniani scribit: « *Deo credit qui Sanctis suis credit, in quibus loquitur Deus* » (In lign. vit. c. 4).

Atqui sanctus Vir constanter ac ferventer devotione erga Deiparam Virginem mirifice excelluit, et jure quidem quia ab impensissimo cultu Unigeniti Dei Filii pietas in Beatam Virginem seiuncta esse nequit. Et revera « in lui era una *unione affetuosa e intima* con Ge« sù e con la Beata Vergine » *(p. 8, § 31)*. Ita testis I Proc. Roman. cui accedit testis II dicens: « Fu anche « ammirevole la devozione che il Servo di Dio ebbe per « la Vergine Immacolata » *(p. 45, § 175)*.

Testis XV: « Molto grande era la sua devozione « a Maria SS.ma. Egli considerava la Vergine come la « Direttrice Spirituale della sua anima e raccomanda« va la devota recita del Rosario » *(p. 149, § 626)*.

Similiter Testis I processus Bruklyniensis: « No« tai specialmente la sua devozione alla Madre SS.ma « nella nostra Cappella ove egli pregava... Era una nor« ma dire il Rosario quotidianamente » *(§ 666)*.

Et Testis II processus Mechliniensis: « Il avait « une dévotion filiale envers la T. S. Vierge » *(§ 850)*.

« Nel restaurare il vecchio Ordine Mariano volle « che venisse conservato il vecchio nome per dimostrare « che la Congregazione doveva porsi sotto il patrocinio « della Madonna e che i Membri dovevano in modo par« ticolare coltivarne la devozione. Prescrisse delle spe« ciali pratiche di pietà come novene, da farsi mensil« mente ed annualmente in onore di Maria » *(§ 175)*. Ita testis II Proc. Roman. et idem confirmat testis Bruclyniensis dicens: « La sua devozione alla Madonna « SS.ma e quella della intera Congregazione alla Ma« donna SS.ma era per lui e per la Congregazione *il « centro di ogni devozione* » (p. 165, § 701).

In ipsis constitutionibus renovati Ordinis scripserat: « Titularis Congregationis Patrona est Immaculata Concepta Beatissima Virgo Maria, Mater Dei;

quam tamquam Reginam suam ac Dominam, Praepotentem Auxiliatricem ac Matrem Dilectissimam peculiari veneratione ac filiali amore et devotione prosequantur; per eam ad Jesum eant; Eam supplici prece saepe invocent; ad Eam in omnibus suis necessitatibus maxima cum fiducia confugiant; Eius virtutes pro viribus imitentur » *(§ 134)*.

Sanctos denique devote colebat et peculiari cultu S. Joseph et S. Joannem Crisostomum prosequebatur atque profundius in dies fide crescebat ac « Communionem Sanctorum » absolute vivebat *(p. 35, § 135)*.

21. — Insuper heroicus fidei habitus ex reverentia et adhaesione Ecclesiae Catholicae eruitur, necnon ex obsequio et obedientia erga Romanum Pontificem, personas sacras, leges et decreta ecclesiasticae auctoritatis; quae omnia etiam in subditos et fideles excitare studuit. Nonnulla ad rem sufficiant testimonia. Testis I Proc. R. asseverat: « Nutriva una particolare devozione verso « la Chiesa, che considerava come propria madre, verso « il Papa ed in genere verso tutti i Superiori Ecclesia« stici... Questa fede egli *la viveva e si studiava* di in« culcare gli stessi sentimenti nei suoi alunni. Vi riu« sciva poiché tutti erano attratti dai suoi esempi » *(p. 8, § 32 et seq.)*. Idem Testis fusius ad rem scripta dedit: « Ecclesiam Sanctam et Matrem ardentissime diligebat seque magis civem Ecclesiae quam patriae terrenae existimabat. Summum Pontificem prompta obedientia ac filiali amore semper prosequebatur; Episcopos, ut Apostolorum successores, summe venerabatur. seipsum et nos omnes libenti animo in adiutorium iis offerendo; erga clerum saecularem et regularem non permittebat nec sibi, nec nobis ullam acerbam criticam exercere, monstrando et recommendando erga omnes vere fraternum amorem, benevolentiam, venerationem ac promptum auxilium » *(p. 35, § 136 et seq.)*.

Peculiarem et obsequentissimam manifestabat devotionem erga Summum Pontificem; nam legimus: « egli aveva *un'altissima venerazione* per il Supremo « Pontefice e l'esprimeva nelle sue prediche » *(§ 871)*. « Verso il Papa era pieno di venerazione e lo vidi en-

« tusiasta una volta che era di ritorno da un'Udienza « Pontificia » *(§ 200)*. « Era attaccatissimo alla Chiesa « e al S. Padre. *Quando ne parlava, gli brillavano gli « occhi per la gioia e la commozione* » (§ 208). Quare: « Pour lui, la dévise était: *Rome locuta causa finita* » (§ 850).

22. — Iura et dogmata Ecclesiae strenuo animo defendebat: « Era strenuo difensore dei diritti della Chie- « sa e dei Sacerdoti » *(§ 423)*. « Come Vescovo difese « strenuamente i diritti della Chiesa, sia contro i Co- « munisti che contro i Patrioti ad oltranza » *(§ 479)*.

Adest insuper totum suum magisterium sive in Academia Petropolitana sive ex cathedra, qua Episcopus, expensum in explicatione et defensione dogmatum Ecclesiae et peculiare exemplum refertur a teste Bruklyniensi *(cfr. § 705)*.

Sacras Scripturas etiam adamabat ac prae manibus habebat, mente volvebat et concione diffundebat: « Amava le SS. Scritture, amava leggerle, ascoltare di « esse, conosceva le SS. Scritture molto bene, le citava » *(§ 702)*. « Soleva nei suoi scritti e discorsi spesso con- « fermare quanto diceva e scriveva, con frasi e detti « della Divina Scrittura » *(§ 176)*.

23. — Argumentum vero potissimum fidei exstat tum praedicationis et institutionis opus, assiduum et constans, tum fundatio religiosae Congregationis virorum ac mulierum, tum zelus, quo omnia religionis officia replebat.

Fidei enim veritates continuo praedicavit et docuit. Fuse ad rem scribit Testis Stephanus Matulis: « Ingenio non ordinario praeditus, praeparatione scientifica praesertim theologica solida munitus, oris facundia eximia pollens — ministerium sacrum potissimum praedicando verbo Dei impendebat. Viva voce instruebat populum rudem in via salutis, praedicando in ecclesiis publicis; viva voce incitabat ad viam perfectionis animas electas, habendo conferentias ad personas religiosas, viva voce scientia sacra imbuebat mentes iuvenum in scholis ecclesiasticis tum in Seminario Varsaviensi

et Petropolitano, tum in Academia; viva voce in memoriam revocabat, sacerdotibus eorum altissima munia moderando exercitia spiritualia; viva voce principia christiana exponebat operariorum coetibus aliisque conventibus, de Deo deque divinis rebus libenter colloquebatur etiam in privatis congressibus » *(§ 499 et seq.)*.

Ad fidem tuendam et propagandam Congregationes regeneravit et fundavit, ita ut « Era opinione co-« mune che la rinascita religiosa in questa terra (Li-« tuania) dovesse ascriversi a Lui » *(§ 352)*. Ita Testis IX Proc. Roman., qui ad rem recolit: « Riformò la « Congregazione dei Mariani, la Congregazione dell'Im-« macolata Concezione, e scrisse vari Statuti fra cui « quelli delle Suore di S. Casimiro » *(Ibid.)*.

Testis XII addit: « All'attività nel campo della « sociologia, il S. D. univa quella della direzione delle « anime, fondando le Sorelle dei Poveri e riformando « le Ancelle del S. Cuore e i Chierici Regolari Mariani » *(§ 473)*. « Una volta Vescovo di Wilna... si diede a rior-« ganizzare con entusiasmo la vita cattolica del paese, « chiamandovi vecchi Ordini, creandone di nuovi. Ri-« sulta pertanto che Egli ha fondato due Famiglie Re-« ligiose, ne ha riformato 3, per 16 ha scritto le Costi-« tuzioni oppure le ha adattate ai tempi » *(p. 115, § 476)*.

In multis vero operibus indefessam opem expendit ex fidei spiritu profluentem: « era indefesso nell'eser-« cizio del ministero e in una volta sola amministrò « la Cresima a più di 6000 persone... Così pure in un'al-« tra località della sua Diocesi, nella quale il Vescovo « non si era fatto vedere da oltre 60 anni, il S. D. am-« ministrò la Cresima a 35.000 persone adulte » *(§ 169)*. Unde iure meritoque Testis I Romanae Inquisitionis scribere non dubitavit: « *Non recordor in vita mea virum,* personaliter mihi notum, *qui superasset nostrum Servum Dei laboriositate atque efficacissima,* praesertim in campo stricte religioso, *operositate* » (p. 23, in fine).

Quare una cum Exc.mo Episcopo Siedlcensi, nobis fatendum est enumerari non posse innumeros fructus per ipsum obtentos: « Quante anime avrà Egli con-« dotto a Dio? Quante ne avrà dirette alla vita di vera

« pietà? In quante avrà approfondito la dottrina di « Cristo? A quante avrà insegnato di vivere veramente « secondo i precetti del Salvatore? Tutto questo è no- « to solo a Dio » *(p. 153, § 650)*.

Sed qua Ecclesiae Vilnensis Episcopus jam uberrimos collegit fructus, nam « il suo indefesso lavoro e « la sua bontà gli fruttarono la *conversione dell'Archi- « mandrita scismatico, Filippo Morozow, di 7025 sci- « smatici, 98 protestanti, 50 giudei e 2 maomettani; tutto « questo nello spazio di quattro anni*... il suo breve epi- « scopato fu ricco di buoni risultati, la fede venne di- « fesa e propagata, l'egoismo nazionalista depresso, gli « istituti religiosi aumentati di numero ed incremen- « tati con ottimi elementi » *(p. 116, § 480)*.

Et alios admiremur oportet fructus, quos pro sua vinea indefessus sancti Viri zelus progenuit et sapientissime aluit firmavitque, « poiché alla morte del Servo « di Dio *esistevano 13 case religiose, in cui vivevano un « Arcivescovo, 54 sacerdoti, 52 chierici, 63 fratelli laici « e 65 novizii*, senza contare i candidati » (*Ibid. p. 141, § 586*). Et quidem tot tantique fructus inter spinas, angustias et omnimodas adversitates floruere et adhuc maturescere non desinunt.

24. — Merita autem praeclara et fulgor fidei mirifice crescunt et multiplicantur ubi primum vix ad mentem recolimus quot quantaque adversa Dei Famulus perpessus fuerit praesertim et qua Congregationis instaurator et qua Episcopus Vilnensis. Opus enim renovandae Congregationis clandestine aggressus est, dum obstaculis et contrarietatibus et periculis carceris refertum erat. Qua vero Episcopus Vilnensis iniustas persecutiones, iniurias, impugnationes, minas, calumnias contumelias aequo strenuoque animo pertulit et ipsos inimicos et adversarios caritate et longanimitate vincere solebat. Infirmitas quoque, qua continuo vexabatur, et vices quam maxime arduae immanis belli et politicae oppugnationes cumulum rerum adversarum replebant usque ad summum. « Come Vescovo di Vilna dal dicembre del 1918 al luglio 1925, — ita testis XI Proc. Roman. — egli lavorò in condizioni difficili per le vicis-

« situdini della guerra e per le lotte politiche che la « seguirono » *(p. 141, § 587)*.

25. — Altissimum heroicumque fidei sensum et spiritum continuo vixit et verbis et operibus forti animo ostendit atque in adversis quoque adiunctis nihil timuit ac intrepidus palam paratum sese dixit ad sanguinem suum pro Ecclesia et pro suis ovibus effundendum. Vera puritate et integritate fidei erat praeditus, nam sincero corde solebat coram omnibus praedicare: « *Tutto per Dio e per le anime, tutto sotto il profilo* « *dell'eternità* » (p. 8, § 30). Heroica exinde fide et fortitudine « difese i diritti di Dio e dei fedeli affidati alle « sue cure. Quando i russi sciolsero le organizzazioni « degli operai cattolici ed abolirono nelle scuole l'inse- « gnamento religioso, sebbene molti lo sconsigliassero, « scrisse una lettera pastorale, che venne letta in tutte « le chiese di Vilna. Si temeva un arresto e perciò il « S. di D. venne invitato a nascondersi, ma egli rispo- « se: *" Il Vescovo deve stare in prima linea, innanzi* « *agli altri. Bonus pastor animam ponit pro ovibus* « *suis... Ho un gran desiderio di difendere l'amatissima* « *Chiesa, di patire per essa e di sacrificarmi interamen-* « *te "... Quando i russi per la seconda volta (1920) fe-* « *cero irruzione nella Lituania,* occupando Vilna, a chi « lo consigliava di fuggire, ripeteva: *Se Dio vuole che* « *io debba morire, si faccia la sua volontà. La strada per* « *il Cielo è uguale ovunque; finché il mio popolo è qui,* « *anche io devo essere presente.* Il Vescovo darebbe cat- « tivo esempio se fuggisse ed il gregge lo lasciasse in « balia dei lupi rapaci » *(Summ. p. 68 et seq., § 281-284)*.

Jure itaque meritoque zelus, quo ipse jugiter aestuavit, dilaudatur « *purus in intentione*, qui non quae sua sunt, sed quae maiorem Dei gloriam, animarumque salutem... et Ecclesiae emolumentum unice quaerebat; *ardens, sed suavis in expressione... benignus et misericos erga errantes... universalis... fortis, generosus et constans in intensitate* » (Summ. p. 123-125, § 508-514).

Nil exinde mirum si in renovanda Congregatione Marianorum expressis verbis praeceptum et monitum dederit: « *In omnibus Deum quaerere, per omnia Deo*

placere, omnia ad maiorem Dei gloriam facere, in omnia Deum inferre, ut Deus cum totius Congregationis tum singulorum eius membrorum vitae plane si centrum ». Talis Congregationis est tessera. Testis ipse haec referens addit: « *Quod scripsit, opere complevit* » (p. 34, § 130). Et testis Bruklyniensis generatim rem confirmat hisce verbis: « Le cose che concernevano l'onore e la « gloria di Dio ed il bene della Chiesa egli le *intrapren- « deva molto volentieri e spontaneamente e con la vo- « lontà del sacrificio* » (p. 177, § 753).

26. — Ex hisce omnibus expositis luce meridiana clarior effulget habitus fidei heroicus, quo Servus excellenter praeditus fuerat. Splendidus adhuc fides enitet heroica ex reliquarum virtutum demonstratione, nam divus Thomas recte monet: « *Fides superabundare facit in nobis gratiam in omni sapientia et prudentia, a qua omnes virtutes coordinantur et diriguntur* » (2. 2. quaest. 47. art. 5. ad 1).

DE HEROICA SPE

27. — Omnibus compertissima est sententia Cornelii a Lapide docentis: « *Quo major est fides, eo majorem gignit spem* » (Comm. in Jac. 1, 6).

Cum autem S. D. heroica fide praeditus fuisset, ipsum et heroica spe praestitisse concludendum nobis est. Discimus enim a teste XIII: « Fin da piccolo il « Matulewicz fu sorretto dalla forte speranza. Percor- « reva lieto ogni mattina i cinque Km. che lo separa- « vano dalla scuola; ed in seguito, allorché nacque in « lui la vocazione al sacerdozio, la speranza lo sorresse « sempre riuscendo a vincere ogni avversità » *(§ 561)*. « Egli — ait testis X — riponeva nel Signore ogni spe- « ranza » *(§ 420)*. Confirmat testis Bruklyniensis: « Egli « aveva la virtù della speranza. Egli aveva la speranza « nella vita eterna e nei mezzi per raggiungerla. Egli « metteva sempre l'accento sul bisogno della grazia di « Dio e dell'aiuto divino per raggiungere la vita eterna » *(§ 709)*. Et testis I Proc. Roman. scripto asseverat:

« Spes heroica et fiducia in Deo maxime illuxit in eo » (p. 36, § 138).

28. — Sed operae pretium est luculentiora et aptiora afferre argumenta, quibus habitus spei heroicus absolute ac tuto evincitur.

Enimvero Auditores Rotae in Causa Divi Francisci Xaverii adnotarunt: « *Spei argumentum nullum validius, quam quod exercitio ducitur bonorum operum, et actionibus virtutum,* dicente Paulo, sobrie, juxte et pie vivamus in hoc saeculo, expectantes bonam spem etc. Significat enim per id, *virtutum exercitium separari non posse a spe vitae aeternae* ». Unde probe concludit sapientissimus Magister: « *Omnia opera bona, eximia et sublimia spem demonstrant eximiam, sublimem et heroicam* » (Lib. III, cap. 23, num. 16).

Atqui Dei Famulus in cuncto suae vitae spatio et potissime qua instaurator Congregationis Marianorum et qua Episcopus Vilnensis, necnon qua Visitator Apostolicus in Lithuania, semper et ubique bona et eximia, sublimia et etiam heroica perfecit opera insimulque constanter splendideque omnes excoluit virtutes. Procul dubio itaque habitu spei praeditus exstitit heroico.

Maxime admirabar in nostro professore eius subtilem sensibilitatem (« delicatezza »), et reverentiam, quacum nos omnes tractabat. Non recordor, ut aliquem nostrum aggravaret, opprimeret, confunderet, contristaret. Potius nos eum nostra iuvenili levitate aliquoties contristavimus, nihilominus numquam eum vel leviter iratum aut impatientem vidimus. Apparebat solummodo in vultu professoris quasi nubecula tristitiae, quando quis minus digne se gesserat; et perdurabat tristis altera vel etiam tertia die, usque ad emendationem delinquentium. Haec fuit poena gravissima, quia omnes nos sincere eum amabamus et nemo volebat ex proposito eum contristare.

§ 85
Interventum chirurgicum subiit et graviter aegrotus factus est.

Affectus ille crevit, quando, peracta Varsaviae operatione, vidimus eum pallidum et dolentem, cum pede et dextera manu in apparatu metallico inclusis, cum difficultate Missam sanctam celebrantem, una sola manu Hostiam et Calicem elevantem. Venit mox tempus cum nec haec peragere potuit et tandem seminarium dereliquit et Varsaviam profectus est.

86
Anno 1904 in nosocomio Pauperum est receptus.

2) Varsaviam profectus a. 1904, statim se in « Hospitale pauperum » recepit, ubi vere pauperes gratis curabantur. Forte numquam antea in tantam paupertatem devenerat, crescentibus in dies doloribus ac laboribus. Certissime in isto hospitali occubuisset, nisi eum inde misericordia divina et humana eripuisset.

§ 87
Valetudine recuperata, plura opera socialia excitavit ac promovit.

Recuperatis paulatim viribus statim se novis laboribus accinxit. Renovavit spiritu catholico schola puellarum, directa ab occulta Congregatione Ancillarum vel Nuntiarum sacratissimi Cordis Jesu, praesidente sorore religiosa Caecilia Plater, quae Servum Dei quasi e faucibus mortis eripuit, curam eius egit et officiis laboribusque apostolicis restituit. Mox postea Statuta illius Congregationis emendavit ac perfecit; associationem operariorum una cum sac. Godlewski fundavit; organizationem iuventutis universitariae roboravit et ampliavit; primam in Polonia « hebdomadam socialem » praeparavit et effecit; congressui sacerdotum praeceptorum religionis in scholis praesedit ac discussiones optime direxit; alium congressum sacerdotum, illegitime et fraudolenter, inscio Ordinario loci, a nationalistis Varsaviam convocatum, summa cum prudentia in viam rectam revocavit, adiuvante fideli amico ac olim socio in seminario Varsaviensi, professore H. Przezdziecki.

§ 88
Educationem catholicam et salutem animarum quam maxime curavit.

In omnibus hisce laboribus principaliter prae oculis habebat bonam, catholicam educationem et formationem animarum. « Homines nobis date — repetebat semper — pluris enim valent homines, quam muri, pluris quam pecunia ! ». Hoc principium sequendo, perduxit brevi tempore numerum operariorum, quos in « Democratia Christiana » coadunavit, ad fere 50.000 membrorum. Viginti annis post, neglecta methodo Servi Dei, neglecta etiam morali educatione sodalium, crescentibus autem factionibus politicis, numerus membrorum decrevit ad circa quinque milia, loco priorum quinquaginta. Servus Dei, eminens educator-sociologus, praeparabat se gradatim in educatorem-religiosum.

§ 89
Praeclarus fuit educator-sociologus.

Non recordor in vita mea virum, personaliter mihi notum, qui superasset nostrum Servum

Dei laboriositate atque efficacissima, praesertim in campo stricte religioso, operositate.

§ 90 Laboriositate et actuositate valde excelluit.

3) Anno 1907 invitatus in professorem Academiae Petropolitanae, novum aggressus campum laboris, primo biennio sociologiam, secundo Theologiam dogmaticam me docuit. Venit huc maturus iam aetate ac virtute, ardens desiderio altioris perfectionis et vitae religiosae. Varsaviae, moderando « Unionem Apostolicam Cleri Saecularis », dirigendo exercitia spiritualia pro sacerdotibus, alumnis seminarii, sororibus religiosis et iuventute masculina, prima semina vocationum sparsit Petropoli opus suum continuabat, ardens ipse, ardorem suum in corda nostra trasfundebat, omnia media adhibens; praelectiones scholae, conferentias, exercitia.

§ 91 Virtutibus erat maturus et desiderio maioris perfectionis exardebat.

§ 92 Exercitia spiritualia praedicabat.

Dirigendo exercitia spiritualia secundum methodum S. Ignatii, nullam tacuit veritatem. Quodam die, post terribilem meditationem de inferno, professor historiae ecclesiasticae ait ad eum, semi iocando semi-serio: Expeditur saeculo vigesimo ista propalare? Cui prompte respondit Servus Dei: « Non ego accendi infernum, cum vero existat, oportet illum praedicare ». Celeberrima erant sua responsa: plena lumine fidei et sanae rationis, prompta, modesta, mitissima ac non raro « sale attico » conspersa vincebant etiam inimicos ac saepe in amicos vertebant.

§ 93 Sapientissima lumine fidei plena responsa eius.

§ 94 Perfectior apparebat et multos alliciebat.

Videbatur mihi noster P. Georgius in Academia multo perfectior, quam in seminario Kielcensi, et multos magis alliciens. Coepit in meo quoque corde germinare desiderium vitae perfectioris, religiosae, communis. Rigabat illud professor apologeticae seu Theologiae fundamentalis, P. Franciscus Bucys, intimus amicus Servi Dei, loquens cum lacrimis de Christo et cum tremore de triplici concupiscentia.

Elegi thema pro magisterio in S. Theologia « De actione sociali cleri ». P. Matulewicz, qui

omnia sua studia — in seminario, in Academia et Fribrugi absolvit cum eximia laude, adiuvabat me libenter ac efficaciter in praeparanda thesi magistrali. Hac occasione loquebar aliquando cum eo de urgente necessitate associationis sacerdotalis. « Cogitate, cogitate — respondebat breviter, blande subridendo — ego quoque cogito ». Nesciebam, quod anno 1909, die 29 augusti, opus renovationis Congregationis Marianorum iam incepit, P. Matulewicz prima vota annua sine novitiatu emisit, Pater vero Bucys hic, in Academia, novitiatum suum peragebat. Solummodo post finita studia academica et gradum Mag. S. Theologiae obtentum Servus Dei secretum suum mihi aperuit ac in congregationem admisit.

§ 95
Anno 1909 opus renovationis C. Marianorum incepit.

Multa et gravissimi momenti dedit nobis de Sociologia et Theologia, plura et maiora de vita spirituali.

§ 96
Sociologiam et theologiam docuit, sed plura et maiora de vita spirituali.

Praelectiones sociologicae praebebant nobis non solum qualemcumque positivam et practicam cognitionem problematum socialium, sed etiam philosophicam et theologicam eorum solutionem, simul excitando cor et voluntatem ad laborem et sacrificium. Stridebamus dentibus, dum loqueretur de miseria immeritata operariorum. Loquendo de problemate sociali feminino, condemnabat excessivam « emancipationem » feminarum, sed defendebat earum iura socialia et politica; condemnabat coëducationem et promiscuitatem sexuum, sed postulabat altiorem et naturae feminili convenientem educationem ac instructionem. E schola P. Matulewicz exstiterunt plures strenui sacerdotes-sociologi.

§ 97
Excessivam emancipationem feminarum condemnabat, sed earum iura socialia tuebatur.

Theologiam dogmaticam exponebat secundum principia ac methodum S. Thomae Aquinatis, non gravando memoriam inutilibus minutiis ac subtilitatibus, sed indicando menti luminosam viam principiorum.

§ 98
Theologiam scite ac prudenter docebat.

§ 99
Peculiaris actus prudentiae.

Quadam tamen vice implicavit se per unam vel duas praelectiones in subtilissimam quaestionem de aeternitate mundi; voluit forsan monstrare nobis rigorem argumentationis S. Thomae, vel etiam, quis sciat, acumen proprii ingenii. Non mihi placuit haec, ut censebam, perditio temporis, et cum proxima recreatione, P. Matulewicz stetit in medio nostrum, dixi aliquantulum insolenter: « Reverendissime, ad quid perditio haec? Nonne habemus multa problemata graviora et magis urgentia? Da nobis amorem veritatis et nosmetipsi investigabimus istas subtilitates, quando erit necessarium ». Subrisit amabiliter, quasi contentus mea insolentia, nihil respondit et numquam in posterum ad tales subtilitates rediit. Haec nota eius charactheristica: fuit operarius practicus ac Servus Dei et hominum humillimus.

§ 100
Operarius practicus et Servus humillimus fuit.

Mea tamen insolentia, in alia occasione, parum aberat, ut me perderet, dum simul bonitatem ac misericordiam Servi Dei clarius ostendit. Ausus sum in examine ex Historia ecclesiastica aliqua verba acerbae criticae contra professorem historiae proferre et quidem coram aliis professoribus assistentibus. Meritus sum poenam severam, expectabam expulsionem, attamen P. Matulewicz, qui meam intentionem bene noverat, indignationem professoris pacavit, procellam ortam sedavit meque ab immersione salvavit. Apparuit enim, quod neque ulla conspiratio exstitit, neque ego delegatus conspirantium fui, sed proprio motu impudenter egi. Postea cognovi quod ipsi Servo Dei quid simile, durantibus suis studiis in Academia, accidit et quidem in conditionibus gravioribus; sed in illis multo prudentius se gessit.

§ 101
Peculiaris actus caritatis et prudentiae.

(Proc. fol. 50):

§ 102
Ad vitandam persecutionem, novitiatum in Helvetiam transtulit.

4) Anno 1911 Servus Dei, ob imminentem a policia czarista detectionem renascentis in Academia Congregationis Marianorum et inevitabile persecutionem, transtulit novitiatum in Helve-

tiam, meque illuc post ferias aestivas venire iussit. Inveni eum iam circundatum sat numerosa familia, circa 10 candidatorum, totum radiantem gaudio supernaturali ac effusa gratitudine erga Divinam Providentiam. Recepit me tanta cum bonitate et laetitia, ac si me unicum expectasset. Novi, quod alii sodales similem habuerunt impressionem, nam apud Patrem, tunc jam Superiorem Generalem et Magistrum Novitiorum, non fuit neque Graecus, neque Judaeus, et similiter neque Polonus, neque Lithuanus, omnes enim aequaliter in Christo diligebat; si autem aliquos praeferebat, non erant nisi ferventiores, in quibus maiorem Dei amorem conspiciebat. Haec fuit eius regula generalis, hanc nos docuit. In friburgensi « Domo Studiorum » nulla percipiebantur differentiae nationales, regnabat plene « iustitia, pax et gaudium in Spiritu Sancto », atque laetitia fere puerilis. Aderant ex Petropoli; PP. Navickas et Kazakas, Lithuani, et ego solus Polonus; ex Lithuania: PP. Dvaranauskas, Kulikauskas, Kudirka, omnes Lithuani ex variis parochiis congregati, et unus Polonus, P. Kulwiec; ex Polonia (Varsavia): PP. Bronikowski, Jakowski, Mroczek, Wierzejski, Lewicki, Sobczyk, omnes Poloni, et P. Vajtkevicius, Lithuanus; praeterea fratres laici: Kosys, Lithuanus, et Plokarz, Polonus. Omnes illi sub manu Servi Dei educabantur, personaliter ab eo attracti, vocati ac electi. Ipsa nomina testimonium reddunt suo spiritui vere catholico et apostolico. Addere tamen debeo, ad maiorem testimonii mei exactitudinem, quod ambo praefati fratres laici postea e Congregatione exierunt.

§ 103 **Servus Dei inter novitios gaudio spirituali replebatur.**

§ 104 **Omnes fraterno amore inter se diligebantur, nulla differentia nationalitatis facta.**

§ 105 **Omnes sub manu Servi Dei educabantur.**

Multa sunt dicenda de vita Servi Dei in domo friburgensi, sed haec repono ad capitulum ubi tractabo de eius virtutibus heroicis. Post finitum meum novitiatum et primam professionem annuam elegit me sibi confessarium et admonito-

§ 106
Anno 1913 Americam se contulit, ibique domum et novitiatum fundavit.

rem, forte pro sua mortificatione. Anno 1913 profectus est aliquot menses in Americam, ubi fundavit primam domum et novitiatum. Anno sequenti 1914, profectus est in Lithuaniam ad dirigenda exercitia spiritualia sacerdotum Lithuanorum in Kaunas. Impeditus exorto bello a regressu Friburgum, venit Varsaviam ibique in suburbio Bielany fundavit novam domum Marianorum cum novitiatu et orphanotrophio pro 200 pueris.

§ 107
Multos exantlavit labores, plurimas superavit difficultates.

Quantos passus est labores, quantas vicit difficultates, narrant testes ex visu, principaliter P. Joannes Sobczyk, prior Superior provincialis, iam defunctus, P. Ladislaus Lysik, praesens Superior provinciae polonae, frater laicus Bronislaus Zaluski, director per multos annos Gymnasii Marianorum in Bielany, et alii.

§ 108
Pro orphanis panem, et vestimenta mendicavit.

Narrant Servum Dei mendicasse quasi ostiatim panem, poma terrae, carbones, vestimenta, pro suis orphanis et novitiis in Bielany. Adibat etiam officiales Germanos, qui ab a. 1915 usque ad a. 1918 occupabant Poloniam, alimenta petens.

§ 109
Praeclarus actus.

Quodam die officialis iratus exclamavit: « Nonne sacerdos es tu? Vos sacerdotes oportet plus confidere divinae Providentiae! » — « Sic verum est — respondit blande subridendo, Servus Dei — sed divina Providentia operatur per bonos homines ». Tacuit Germanus et dedit mitissimo P. Georgio omnia, quae petierat. Sic vincebat semper inimicos et oppressores.

§ 110
Rediit Lithuaniam et ibi domum religiosam disposuit et Novitiatum instituit.

Bello ad finem vergente, rediit cum permissione occupantium Germanorum in Lithuaniam et die 1 martii 1918 (?) pervenit Mariampolim. Reordinavit ibi domum religiosam, instituit novitiatum, fundavit novam Congregationem « Servarum Pauperum » vel potius « Sororum Pauperum », cui scripsit statuta et nomen imposuit. Post mortem Fundatoris ipsae nomen illud mu-

taverunt in « Sorores Immaculatae Conceptionis B. V. Mariae ».

(Proc. fol. 52):

5) Quodam die Servus Dei revelavit nobis secretum suae prodigiosae operositatis dicens: « Si vis multum facere, pone te in conditionibus, ut sis coactus multum laborare, magna est enim vis necessitatis ». In praxi non ipse eligebat sibi occupationes et labores, sed ibat, quo eum Providentia divina mittebat. Audivimus pluries ex ore eius: « Faciebam ordinarie in vita mea non id, quoad volui, sed quod debui ». Sic etiam accidit a. 1918 quando contra suam voluntatem et contra protestationes totius Congregationis Marianorum, cui erat necessarius, nominatus est episcopus Vilnensis.

§ 111
Secretum suae prodigiosae operositatis edocuit.

§ 112
Episcopus Vilnensis.

« Volunt me perdere — dicebat et scribebat nostris, auditis primis rumoribus de sua candidatura — Volunt me perdere; etsi angelus de coelo descendisset, non potuisset omnibus satisfacere; me perdam et nihil faciam; salvate me! ». Cum tamen Papa dixit verbum, obedivit prompte et suscepit crucem.

§ 113
Pontifici obedivit et crucem suscepit.

Nolo intrare in particularitates septennii vilnensis, quo Servus Dei sine uno dubio permulta passus est atque crucem suam viriliter ac heroice sustinuit, quia non cognosco immediate omnes conditiones et circumstantias. Visitavi semel Servum Dei, mansi apud eum a. 1922 vel 1923 circa unam hebdomadam et inveni eum, sicut erat semper — in Kielce, in Petropoli, in Friburgo, in Varsavia — pacatum, dominantem sui, confidentem, serenum, sed multum fatigatum. Cum tristi vultu dixit: « Etiam aliqui sacerdotes et religiosi lapides in me mittunt: gravis crux ».

§ 114
Adversitatibus oppressus, pacato et sereno animo semper fuit.

Vincebat tamen adversitates viva fide ac spe in Deum, adversarios vero — patientia ac bonitate. Sic vicit et amicos sibi conciliavit etiam archiepiscopum Hryniewiecki et episcopum Bandurski; ambos non residentiales, qui ex Polonia

§ 115
Adversarios bonitate et patientia vincebat.

in Vilna venerunt ad nationalistas polonos corroborandos et sustentandos.

Non sunt tamen absolute condemnandi nationalistae poloni, neque absolute excusandus ab omni errore episcopus Matulewicz; illi excesserunt in suo amore erga patriam, hic excessit, ut mihi videtur, in sua sympatia erga « movimento nazionale » lithuano et albo-rutheno, imbuto spiritu separatismi et aversionis erga Polonos. Non dico id culpam, sed involuntarium errorem Servi Dei, qui maxima ex parte excusatur difficillimis conditionibus loci ac temporis.

§ 116 Omnes ad concordiam et pacem hortabatur.

Certum est quod Servus Dei per totam vitam, prasertim autem in episcopatu Vilnensi, ad amorem et concordiam invitabat, odium vero sive individuale, sive collectivum vel nationale omnibus viribus impediebat. Cum tamen esset magis philosophus, canonista et sociologus, quam historicus, ideo plus attendebat conditionibus praesentibus et necessitatibus actualibus, quam conviventiae saeculari Polonorum, Lithuanorum et Ruthenorum, quando illi dicere solebant: « gente sum Lithuanus, (vel Ruthenus) natione Polonus », unam enim olim constituerunt nationem, sicut nunc natio Helvetica ex tribus coadunata est gentibus.

Etiam Servus Dei, ad promovendam concordiam, exemplo Helvetiae utebatur.

§ 117 Diuturnae luctae et odium inter populos exstiterunt.

Potuitne Servus Dei plus addere ad concordiam restaurandam? Nescio, sed id scimus, quod concordia non est restaurata et evenit dolorosissima tragedia. Inimici ex oriente et occidente, ducti principio strategico « divide et impera », inspirabant Lithuanis, Alboruthensis et Ucrainis odium contra Polonos. Lithuanis promittebant statum indipendentem cum urbe capitali Vilnius, et illi plus confidebant schismaticis Russis et protestantibus Germanis, quam catholicis Polonis,

quibuscum per quinque saecula tot heroicos ac gloriosos, quamvis saepe dolorosos vixerunt annos. Errores existebant in utraque parte, nam est humanum errare, sed P. Matulewicz non vidit tristes eorum consequentias; secundum bellum mundiale, invasiones, ruinas, mortes, extinctionem. Amicus eius et noster co-renovator, s. m. Superior Generalis, Episcopus Petrus Franciscus Bucys reassumpsit breviter totam tragediam in sua expressiva lingua lithuana: « Eik su Velniu riesutauti, tai ne riesuciu, nei maiselio » quod interpretatur: « Vade cum diabolo nuces colligere, non habebis neque nuces, neque peram » (vel melius: « perdes nuces, atque peram »).

118
Alterum bellum mundiale ruinas et mortes portavit, quas Servus Dei non vidit.

Plus quam ab « ultra-nationalistis » polonis, passus est Servus Dei a bolshevicis, vi invadentibus domum, minantibus carcerem, exilium, mortem. Vincebat eos patientia bonitate, invicta animi fortitudine, bono sensu et aliquando etiam blando subrisu et inopinata « jovialitate ».

§ 119
Minaces bolscevistas bonitate, fortitudine et suavitate vincebat.

Invaserunt quodam die domum episcopalem, introduxerunt suas uxores, vel concubinas judeas, impleverunt omnia tumultu, clamoribus, desordine. Episcopus pacificis verbis demonstrabat necessitatem tranquilli habitaculi pro adimplendo suo munere ac laboribus; indicabat ex altera parte inconvenientiam talis aggressionis quae provocare potest et certissime provocabit indignationem populi et graves perturbationes, nemini desiderabiles. Persuadebat invanum, sed factum est, quod praevisit. Brevi post concurrerunt turbae multae fidelium, obsederunt domum episcopalem et clamore valido atque comminationibus postulabant recessum invasorum.

§ 120
Bolscevistae turmatim domum episcopalem invaserunt, et Servus Dei pacato animo eisdem suasit egressum, accedente clamore fidelium.

Terror apprehendit eos, praesertim Judeas, non enim potuerunt petere auxilium militum bolschevicorum, erant in manibus episcopi. Ille exiit foras, sedavit turbam, dixit se nihil mali passum

§ 121
Actus eximiae caritatis et prudentiae.

fuisse a suis hospitibus, et tandem petiit fideles, ut invasoribus liberam aperiant viam, quod ita factum est.

§ 122 *Bolscevicus quidam anulum S. D. clam furatus est.*

Quodam die vel nocte, in una minutissima perquisitione domus episcopalis, bolshevicus invenit sui generis sclopetum, factum ad producendum fragorem et deterrendas aves rapaces vel forte fugandos fures nocturnos. Monstravit illud triumphans Episcopo et dixit: « Ecce arma! ». « His armis nec passerem potest occidere », respondit Servus Dei, subridendo. Miles proiecit inofensiva « arma » confusus, sed in recompensationem anulum episcopalem clam furatus est.

§ 123 *Plurima in diariis facta feruntur, quibus heroica fortitudo et imperturbabilis animi tranquillitas S. D. evincuntur.*

Innumerabilia facta narrantur in diariis ab ipso Servo Dei et ab eius sociis et amicis, quae omnia monstrant suam inconcussam spem in Deo, imperturbabilis animi quietem, fortitudinem pastoris nolentis derelinquere gregem suum, quamvis multi id suadebant, rectum ac promptum consilium in maximis difficultatibus, patientiam incomparabilem et perseverantiam usque ad finem.

§ 124 *Prudentia et caritate paterna effulsit.*

Praesertim elucebat in Episcopo Matulewicz prudentia pastoris, qua regebat quinque diversas gentes suae dioecesis, et caritas paterna, qua omnes amplectebatur: Polonos, Lithuanos, Alboruthenos, Russos et Judaeos. « Amo solummodo magis eos, — aiebat — in quibus cerno maiorem Dei amorem ». Prudentia ductus statuit, ut nil immutaretur in cura parochiali quoad usum linguae et distributionem officiorum et devotionum, donec finito bello determinarentur limites regionum nationalium.

§ 125 *Caritas eius erga inimicos plane heroica.*

Caritas heroica apparuit praesertim erga inimicos et persecutores, quorum non pauci, magnanimitate Servi Dei devicti, sublimitatem animi eius agnoverunt.

Expedit iam heroicas virtutes Servi Dei singillatim conspicere.

IV) *De heroicitate virtutum Servi Dei anno 1925.* *(Proc. fol. 55)*

§ 126 Anno 1925, dioecesi Vilnensi renunciavit, gravibus adductis rationibus.

Anno 1925, post concordatum inter Sedem Apostolicam et gubernium Poloniae, elevata vi concordati sede Episcopali Vilnensi in sedem Metropolitanam, cui subiectae venerunt duae aliae dioeceses in Polonia sitae, Servus Dei nolens provocare novas perturbationes nationalistarum neque creare Sedi Apostolicae aliquas difficultates in designatione novi Archiepiscopi Metropolitae, praesentavit Suae Sanctitati petitionem dimissionis. Papa Pius XI, consideratis validis argumentis Servi Dei, resignationem eius die 14 Julii 1925 a. accepit. Brevi post, 1-9-925 ad dignitatem Archiepiscopi titularis Adulitani eum evexit, die vero 7 decembris eiusdem anni, visitatorem Apostolicum pro Lithuania ad placandos animos, designavit. Lithuani, enim exacerbati Concordato S. Sedis cum Polonia, relationes cum Vaticano abrupuerunt. In illo ultimo ac difficillimo Servi Dei opere, omnes virtutes eius in sublimissimo gradu apparuerunt, scribebat enim ipse: « In Vilno fui in Purgatorio, hic vero, in Kaunas sum in inferno et videor mihi cum ipso antichristo pugnare ». Jam de singulis mihi tractandum est.

§ 127 Nominatus est Archiepiscopus tit. Adulitanus et Visitator Apost. in Lithuaniam missus est.

§ 128 Fidem sponte, constanter et laetanter exercuit.

1°) *Fides.* — Servus Dei tanta excellebat simplicitate, modestia, fuga omnis singularitatis vel ostentationis, tanta humilitate et amabili « democratismo » ut nos et principaliter ego, virtutes mei Magistri Novitiatus, tamquam quid naturale consideraverim atque, peragendo meum Novitiatum Friburgi, anno 1911-12 non semel critice iudicaverim. Nunc post plus 40 annos vitae religiosae intelligo melius, quanti conatus et quam heroica sacrificia praecedere debeant usquedum virtus vertatur « altera natura » et praxis virtutum fiat prompta, quasi spontanea, delectabilis

et perseverans. Tales erant virtutes Servi Dei, talis sua fides.

§ 129
Omnia ad Deum referebat.

Omnia considerabat « sub specie aeternitatis » omnia ad Deum referebat. In Constitutionibus nostris, quas durante suo episcopatu in Vilno, de novo elaboravit ac perfecit, scripsit: « Deus tum singulorum membrorum, tum universae Congregationis vitae plane sit centrum »; idem expressius dixit in: « Idea generalis et spiritus Congregationis » quam instructionem scripsit in ipso principio renovandae Congregationis, nempe: « In omnibus Deum quaerere, per omnia Deo placere, omnia ad maiorem Dei gloriam facere, in omnia Deum inferre; ut Deus cum totius Congregationis tum singulorum eius membrorum vitae plane sit centrum » (« Congregationis tessera est » ibidem). Quod scripsit, opere complevit.

§ 130
Deo placere per omnia et ad maiorem Dei gloriam facere docuit et opere complevit.

§ 131
Mysteria Fidei meditabatur.

Videbatur mihi tamen in novitiatu friburgensi, an. 1911-1914, quod noster Magister in sua relatione ad Deum nimis est abstractus: v. g. in conferentiis de Deo porrigebat nobis abundantissimum cibum intellectualem, in dirigendis vero meditationibus de mysteriis Christi recurrebat plerumque ad manualia ascetica, ut PP. Meschler, Bellecius et aliorum, quasi impotens ex seipso illa nobis dare. Communicavi humiliter Servo Dei meam observationem et, ut puto, cum bono effectu. Mansit tamen in corde meo aliquod dubium sub hoc respectu. Visitando Servum Dei, iam episcopum in Vilno, petii ab eo promotionem apostolatus Inthronizationis SS. Cordis Jesu in nostra Congregatione. Respondit negative, nolens multiplicare devotiones exteriores, permisit tamen et laudavit fundationem periodici menstrui « Pro Christo » Varsaviae, determinavit in ultimis Constitutionibus (approbatis 3 annis post eius mortem) novam tesseram Congregationis « Pro Christo et Ecclesia », atque inseruit ibidem pulcher-

§ 132
« Pro Christo et Ecclesia » uti praeceptum Congregationi dedit.

§ 133
Christum cognoscere imitari et Christi regnum dilatare Consodalibus mandavit.

rimum praeceptum (n. 3); « Ad quos fines consequendos sodales tendunt Dominum nostrum Jesum Christum, Salvatorem mundi viriliter et fideliter sequendo, magis magisque in dies studentes Christum cognoscere, diligere et imitari, Christi spiritu imbui et dirigi, omni studio et conatu Christi regnum dilatare et Christum in omnia inferre ».

(Proc. fol. 57):

Experiebatur initio aliquam difficultatem in devotione erga B. V. Mariam ut ipse in suo « Diario » testatur, sed et hanc difficultatem generose vicit nobisque in iisdem Constitutionibus (n. 14): « Titularis Congregationis Patrona est Immaculata Concepta Beatissima Virgo Maria, Mater Dei; quam tamquam Reginam suam ac Dominam, Praepotentem Auxiliatricem ac Matrem Dilectissimam peculiari veneratione ac filiali amore et devotione prosequantur; per eam ad Jesum eant; Eam supplici prece saepe invocent; ad Eam in omnibus suis necessitatibus maxima cum fiducia confugiant; Eius virtutes pro viribus imitentur ».

§ 134 Cultum in Beatam Virginem devotissime excitavit.

Fides Servi Dei crescebat in dies firmitate, ardore, zelo, teneritudine et spiritu abnegationis; intrabat profundius in dies in « Communionem Sanctorum ». In ultimis annis vitae, ut eius diarius testatur, apparuit etiam maior devotio ad S. Joseph ac tenera erga Eum fiducia.

§ 135 Fidem in dies magis magisque firmabat et ardore coronabat.

Ecclesiam Sanctam ut Matrem ardentissime diligebat seque magis civem Ecclesiae quam patriae terrenae existimabat. Summum Pontificem prompta obedientia ac filiali amore semper prosequebatur; Episcopos, ut Apostolorum successores, summe venerabatur, seipsum et nos omnes libenti animo in adiutorium iis offerendo; erga clerum saecularem et regularem non permittebat nec sibi, nec nobis ullam acerbam criticam exercere, monstrando et recommendando erga omnes

§ 136 Ecclesiam ardentissime diligebat.

§ 137 Pontificem et omnes sacerdotes veneratione et amore prosequebatur.

vere fraternum amorem, benevolentiam, venerationem ac promptum auxilium.

§ 138
Spes eius heroica.

2°) *Spes* heroica et fiducia in Deo maxime illuxit in eo, quod Servus Dei fere omnibus mediis humanis destitutus, pauper, aegrotans, in ipso centro inimicae potestatis vivens — opus difficilium *(sic)* et periculosum, id est renovationem et quasi resuscitationem Congregationis, fortiter aggressus ad felicem eventum perduxit. Spes illa et fiducia in Deo, coniuncta cum summa abnegatione et sacrificio propriae vitae, non eum dereliquit nec fefellit neque in Vilno, neque in Kaunas, ut eius scripta et facta testantur.

§ 139
In rebus adversis spem augebat in Deo.

§ 140
Caritate in Deum flagrabat itemque in proximum.

3°) *Caritas* operosa erga Deum et animas, ardens et insatiabilis, praemature vires Servi Dei consumpsit. Episcopus in Vilno factus, visitabat parochias, quae ab annis 20 vel 30 episcopum non viderant; praedicabat semel et bis in quavis parochia et administrabat Sacramentum Confirmationis 30 vel 35 millibus fidelium; exhaustus fuit in isto ministerio et ipse, et clerici, et assistentes sacerdotes.

§ 141
Qua visitator Apost. ingentes superavit difficultates.

Jam visitator Apostolicus pro Lithuania nominatus et ingentes difficultates et contrarietates, praesertim ex parte gubernii, sibi occurrentes conspiciens, nolensque tempus terere in vanis discussionibus, prudenti stratagemate usus in Americam, ad Congressum Eucharisticum in Chicago celebratum anno 1926, profectus est splendidum discursum in ipso Congressu de Unione Ecclesiae pronuntiavit, et spatio 2 vel 3 mensium circa 100 parochias lithuanas visitavit atque plus quam 200 sermones ad populum habuit.

§ 142
De unione Ecclesiae sermonem habuit.

§ 143
Tantus labor eius oppositionem inimicorum Ecclesiae devicit.

Labor iste valde vires eius debilitavit, tamen viam ad victoriam stravit, nam Servus Dei oppositionem inimicorum Ecclesiae, socialistarum et massonum fregit, Provinciam Hierarchicam lithuanam instituit, Concordatum Sedis apostolicae

cum Lithuania praeparavit, schema concordati et alia documenta Romam die 20 januarii 1927 a.; jam graviter aegrotans, misit et tandem poere *(sic)* perfecto requievit in Domino die 27 januarii eiusdem anni.

4°) *Prudentia.* — Splendebant in Servo Dei omnes virtutes cardinales, supereminebat tamen prudentia. Aliquando videbatur mihi excessiva, cum Lithuani proni sunt ad istum excessum, quod in sua lingua vocant « gudribè » id est prudentiam cum quadam admixtione astuciae. Nihilominus numquam talem astutiam in Servo Dei deprehendi nisi forte aliquam brevem trepidationem et quasi titubationem in facie graviorum onerum *(sic)* ac difficultatum.

§ 144
Prudentia semper excelluit.

5°) *Justitia.* — Maxime dolebat ut sociologus christianus de iniustitia sociali et nationali, de oppressione operariorum et nationum debilium, de immerita miseria populi, omnibusque viribus nitebatur malis; istis occurrere ac remediare, incurrendo etiam plus semel odium ac persecutionem divitum et potentium.

§ 145
Dolebat de iniustitia sociali et remedia praebebat.

6°) *Temperantia.* — Potum alcoholicum et usum tabaci sibi ac nobis, sodalibus, interdixit; mensa communi et parco cibo utebatur dicebatque se omnem gustum ac mensae delectationem perdidisse; in occulto, ut diarium suum testatur, disciplina et humi prostratione exercebat, nobis tamen nihil imponendo mortificationis praeter illas, quae Ecclesia omnibus fidelibus imponit ac praecipit. Numquam de suis doloribus conquerebatur, quasi nihil sentiens. Friburgi in novitiatu per longius tempus in duro genuflectorio dolentibus genuis genuflexus permanebat, nullum petens levamen, usque dum nosmet ipsi inadvertentiam nostram ac negligentiam correxerimus. Ver-

§ 146
Temperantiam in potu et cibo constanter servavit.

§ 147
Nullam in suis doloribus protulit querelam.

bo: temperantia ac mortificatio facta est altera eius natura.

§ 148 Exemplar heroicae fortitudinis.

7°) *Fortitudo.* — Duo nobis prasertim hac in materia commendabat: pacatam vim voluntatis et serenum animum in adversis; ipse nobis sub hoc respectu optimo fuit semper exemplo. Confessus est tamen candida cum sinceritate in suo diario, sicut et alios defectus, quod aliquando, quasi ex amore proprio, omittebat monitiones et correctiones individuales alumnorum, contentus generalibus. Animadvertit tamen correctiones generales parum fuisse efficaces, statuit ergo defectum suum corrigere. Credo, causam istius defecti non fuisse eius amorem proprium, sed subtilissimam eius sensibilitatem et caritatem, quae neminem voluit gravare et contristare.

§ 149 Pro honore Dei et salute animarum gravia sustinebat certamina.

Natura sua « conquistadore » non tamen quaerebat neque provocabat luctas; ubi tamen necesse erat pugnare pro Dei honore et animarum salute, non declinabat certamina gravia ac molestia. Moriens, id nobis dedit quasi testamento mandatum: « Rikiokites ir pasišveskite », quod in sua lingua lithuana significat: « Aciem struite et sacrificamini ».

§ 150 Paupertate, et castitate constanter excelluit.

8°) *Paupertas, castitas, obedientia.* — Pauperem ac laboriosam vitam ab infantia agebat: castitas ac modestia ex eius aspectibus, verbis et universa agendi ratione resplendebat: Licet subtilissima praeditus fuerit sensibilitate, evitavit feliciter sterilem sentimentalismum ac qualemcumque effeminationem. Ingenio practico pollens ac spiritu sacrificii fortis, id solum desiderabat idque semper quaerebat, ut aliis serviret ac utilis esse posset. Servitia mulieribus praestanda, ubi necessitas occurrebat, non declinabat, sobrius tamen semper erat nosque praemonebat, ne in istis servitiis immergeremur, adducens etiam clas-

sicum exemplum S. Ignatii eiusque trium poenitentium. Commendabat nobis instanter laborem pro virorum organizatione ac juventutis educatione, relinquendo curam spiritualem piarum mulierum et sororum religiosarum, aliis sacerdotibus, qui certissime officio suo non deerunt. Praecipiebat nobis instantissime inservire sacerdotibus et alumnis, qui ad sacerdotium se praeparant, sororibus exercitia spiritualia tradere, munus confessarii earum extraordinarii, non vero ordinarii, suscipere, educationi iuventutis impense incumbere.

§ 151 Salutaria monita suis consodalibus commendavit.

Obedientia Deo debita atque prompta submissio superioribus ita universam vitam Servi Dei pervasit, ut ipse Deo sic disponente, quasi semper fecerit non id quod voluerit, sed quod debuerit.

§ 152 Obedientia eius prompta et absoluta.

9°) *Humilitas.* — Admirabilis erat Servi Dei in recipiendis admonitionibus atque correctionibus humilitas, et non minor in sustinendis alumnorum suorum resistentiis et contradictionibus — mansuetudo. Cum ego in his insolenter excelluerim, me sibi in confessarium et admonitorem elegit. Hac occasione didici eius exemplo, quomodo oporteat admonitiones accipere et peccata sua confiteri. Correxit me quoque ac docuit, quomodo digne et devote oporteat Breviarium recitare, persolvendo mecum aliquoties Divinum Officium.

§ 153 Admirabilis eius humilitas.

V) *De pretiosa morte Servi Dei, de fama sanctitatis deque gratiis et miraculis post mortem.*
(Proc. fol. 60 t.)

De his desunt mihi notitiae immediatae, ex visu, neque enim potui Servo Dei in ultimis momentis vitae assistere, neque in translatione sui corporis a Kaunas in Marijampole parteciparc,

§ 154
De fama sanctitatis sibi suasum habet testis.

neque tumulum eius visitare atque certiores notitias de gratiis et miraculis, a Deo eius intercessione obtentis, colligere. Ea, quae hucusque legi atque ab aliis fide dignis testibus « de visu » audivi, planam mihi dant persuasionem de fama sanctitatis Servi Dei, cui persuasione plene quoque concordat propria mea experientia, quam acquisivi in longa, plus vel minus intima cum Servo Dei conviventia et cooperatione.

§ 155
Beatificationem S. D. exoptat testis.

Solum mihi remanet desiderium, ut Eum videam honoribus Altaris decoratum, antequam ipse moriar et in pulverem redigar.

Peto a RR. Judicibus Processus Informativi, ut hoc meum testimonium scriptum adiungatur sub eodem iuramento his omnibus, quae oretenus in praecedentibus tribus sessionibus sub iuramento confessus sum.

Collegio dei Mariani, V. Corsica 1.

Romae, die 30 novembris a. 1953

P. Marianus Wisniewski, *Congr. CC. RR. Marianorum* (1)

Puto Articulos, ad Processum Informativum Servi Dei Matulewicz-Matulevicius a R. P. Casimiro Reklaitis, M. I. C., Postulatore Generali praesentatos, non esse exegeratos, praesertim in iis, quae respiciunt virtutes heroicas Servi Dei atque in specie virtutem humilitatis, qua ductus omnibus dignitatibus renuntiavit.

P. Marianus Wisniewski, *M. I. C.*

II TESTIS — R. P. CASIMIRUS ALOYSIUS MATULAITIS, ann. 59 (V.A.V.), *juxta 2 interr. (Proc. fol. 61 terg.) respondit:*

§ 156
Nomen, aetas et conditio testis.

Matulaitis Casimiro Luigi fu Giovanni e fu Juraitis Anna; nato a Bitikai il 19-X-1894, Sacerdote professo dei CC. RR. Mariani, Superiore della casa di Londra.

4-6: Tra me e il Servo di Dio vi è una lontana parentela; un cugino infatti di mio padre, sacerdote Casimiro Giorgio Matulaitis era, a sua volta, cugino del Servo di Dio.

Non sono mosso da nessuna umana ragione nel deporre, ma solo dal desiderio di veder coronata la virtù del Servo di Dio, dato che ne apprezzai la sua santità in vita.

§ 157
Virtutes et sanctitatem S. D. consideravit testis.

Alcune cose le ho potute apprendere personalmente dato che ho conosciuto da vicino il Servo di Dio; altre le ho apprese da documenti scritti conservati nell'Archivio della nostra Congregazione, e, infine, altre le appresi da testi che a loro volta le avevano conosciute dal Servo di Dio.

§ 158
De visu et de auditu a videntibus.

Fu nel 1918 che, tornato dalla Russia, dove ero stato ordinato sacerdote, in Lituania, visitai il mio Vescovo che si trovava ospite a Marijampolè, nel monastero dei Padri Mariani. In quell'occasione conobbi il Superiore generale dei PP. Mariani che era superiore del monastero stesso, cioè il nostro Servo di Dio, Giorgio Matulewicz.

§ 159
Anno 1918 Servum Dei, moderatorem Generalem, denuo vidit et cum eo conversatus est.

Ricordo di essere andato a Marijampolè nel mese di ottobre. In seguito ebbi occasione di avvicinare il Servo di Dio per alcuni giorni, nel 1923 e nel 1926, in America, dove venne a visitare il Noviziato della nostra Congregazione ivi esistente e del quale ero maestro dei novizi.

Deporrò secondo scienza e verità e dichiaro di non aver avuto suggerimento alcuno sul modo di deporre.

§ 160
Biographiam S. D. legit testis.

Dirò la verità. Molte notizie, come già ho accennato, sul P. Matulewicz le ho lette su libri che furono scritti intorno a lui, come ad esempio sul libro dal titolo « L'Arcivescovo Matulewicz-Matulevicius » edito a Marijampolè nel 1933. In questo libro vi è una raccolta di testimonianze sulla vita, sull'apostolato e sulle virtù del Servo di Dio.

Ho letto pure parti del diario del Servo di Dio, che è conservato nel nostro Archivio, e recentemente ne ho curato anche una edizione ridotta in lingua lituana.

Ho letto ancora altri libri sull'attività e sulle virtù del Servo di Dio, così come l'occasione me li presentava.

17 (fol. 62 terg.): Io sono entrato a far parte della Congregazione dei PP. Mariani nel 1919 e feci il Noviziato a Marijampolė. In quel tempo P. Matulewicz era Vescovo di Vilna e colà risiedeva, dirigendo anche la Congregazione in qualità di Superiore Generale. Durante il mio Noviziato, non ebbi occasione di avvicinare il Servo di Dio, però i miei Superiori parlavano molto bene di lui e lo ritenevano capace, sotto ogni rapporto, di compiere molto bene le funzioni di Superiore Generale.

§ 161
Testes oculatos bene loquentes de S. D. audivit.

Dopo il Noviziato fui mandato a Friburgo per laurearmi in filosofia, e lì fui ospite dell'Istituto Salesiano, diretto dal clero locale. Rimasi a Friburgo fino alla laurea (1923) ed in questo periodo scrissi qualche lettera al Superiore Generale, P. Matulewicz, sia per atto di sottomissione a lui, sia come una manifestazione di cortesia.

§ 162
Salutaria consilia S. Dei.

Egli mi rispondeva regolarmente, e le sue lettere, che purtroppo sono andate perdute, erano piene di saggi consigli e di paterne espressioni di affetto.

§ 163
Prudentiam in consiliis tradendis et in gubernando ostendit.

Anche in seguito, mentre ero a Chicago, in America, vi fu tra me ed il Servo di Dio, scambio di qualche lettera che conteneva sempre i medesimi consigli dettati da prudenza e saggezza, e le medesime espressioni di paterno affetto.

I Superiori locali erano unanimi nel riconoscere ed ammirare la provetta capacità di P. Matulewicz nella Direzione della Congregazione, e

ne decantavano la saggezza del governo, nonché l'affettuosa e paterna condotta nei loro riguardi.

§ 164 Omnes prudentiam S. D. laudabant.

Quando si facevano le riunioni per apprendere e discutere eventuali disposizioni del Superiore Generale, che ordinariamente venivano impartite per lettera, nessuna voce in contrario si alzava e tutti si conveniva sulla saggezza ed opportunità della disposizione.

Si diceva nella Congregazione che al P. Generale non erano mancate e non mancavano le difficoltà, ma si diceva pure che queste egli le superava con l'abbandono completo nella Provvidenza e con la bontà della vita.

§ 165 Adversarios caritate vincebat.

Non gli mancarono anche contrarietà ed ebbe anche degli avversari come Vescovo per ragioni politiche, e lui le affrontava e superava, solendo dire a se stesso e agli altri: « Vince in bono malum ».

La Congregazione durante il suo governo prosperò e si diffuse molto, in America, in Polonia, in Lituania ed altrove. Basti pensare che nel 1913 erano partiti per l'America soltanto due Padri e nel 1926 vi erano già due Case fiorenti.

§ 166 Institutum propagavit.

Pensava pure e predispose giuridicamente ed economicamente ogni cosa per la fondazione di una Casa in Roma; purtroppo però la morte gli impedì di farlo e fu realizzata immediatamente dopo, nel 1927, anno medesimo della sua morte.

18-20: Non so fornire particolari circa la fondazione delle Suore di Maria Immacolata: posso solo dire che durante gli anni 1919-1920, quando coadiuvai il cappellano delle suore nel sacro ministero presso la loro Casa di Marijampolè, ebbi occasione di sentire dalla bocca stessa delle Suore le più ampie lodi per il loro fondatore.

§ 167 Sorores virtutes S. D. laudabant.

§ 168
Anno 1918 Episcopus Vilnensis est consecratus.

21-24: Il Servo di Dio fu consacrato a Kaunas nel 1918 Vescovo di Vilna.

La dignità episcopale non fu da lui né desiderata né sollecitata e avrebbe volentieri rifiutato se la S. Sede non glielo avesse imposto.

Sentivo dire che era un Vescovo ammirabile per la sua operosità e il suo zelo, malgrado le condizioni della sua salute che non erano floride.

§ 169
Actuosissimus ac indefessus in ministerio episcopali.

Era indefesso nell'esercizio del ministero e in una volta sola amministrò la Cresima a più di seimila persone, come si rileva da una lettera spedita da lui al Nunzio di Varsavia, mons. Lauri, poi Cardinale.

Così pure in un'altra località della sua diocesi, nella quale il Vescovo non si era fatto vedere da oltre 60 anni, il Servo di Dio amministrò la Cresima a 35.000 persone adulte.

§ 170
Erga sacerdotes paternus ac prudens.

Verso i sacerdoti poi era paterno e comprensivo nonché molto prudente, specialmente quando si trattava di richiamarli all'osservanza dei doveri.

§ 171
Qua Episcopus prudentissimus.

Era voce generale che il P. Matulewicz costituiva una fulgida figura di Vescovo. I suoi cappellani e segretari ne esaltavano le gesta ed affermavano che specialmente nei rapporti con le Autorità civili si comportava in modo da non urtare la loro suscettibilità. Quindi le relazioni tra queste ed il Presule erano corrette e possibilmente apolitiche, anzi, fu proprio per questo suo disinteresse per la politica che fu accusato di non essere un Vescovo nazionalista come essi desideravano.

§172
Ex fide vivebat.

25 (fol. 67): Il Servo di Dio aveva una fede profonda che manifestava specialmente negli scritti e nei discorsi. Erano parole semplici le sue; ma riflettevano la profonda convinzione interiore, per cui non appena lo si sentiva parlare si sentiva che viveva di fede.

Quando celebrava la Messa era tutto compreso dell'importanza del Sacrificio Divino. Ho avuto occasione di servirgli la Messa qualche volta, ed ho potuto notare lo spirito con il quale la celebrava. § 173 In Sacro litando devotissimus.

Era anche ammirabile il suo amore a Gesù Eucarestia, ed ho sentito dire dai confratelli che gli erano stati vicini, che per dare solennità al culto e per rendere più belle le funzioni che faceva nelle chiese parrocchiali, quando vi si recava in visita pastorale, celebrava volentieri la Messa solenne, mostrando così di non avere alcuna fretta e desiderando anche che in tal modo i fedeli si rendessero conto ed apprezzassero il valore del Sacrificio Divino. § 174 Amore in Sacramentum Altaris flagrabat.

Fu anche ammirevole la devozione che il Servo di Dio ebbe per la Vergine Immacolata. Nel restaurare infatti il vecchio Ordine Mariano, volle che venisse conservato il vecchio nome per dimostrare che la Congregazione doveva porsi sotto il patrocinio della Madonna, e che i membri dovevano in modo particolare coltivarne la devozione. § 175 In Deiparam Virginem devotissimus.

Prescrisse delle speciali pratiche di pietà, come novene, da farsi mensilmente ed annualmente in onore di Maria.

Tenne pure in grande considerazione la divina parola e soleva nei suoi scritti e discorsi spesso confermare quanto diceva e scriveva, con frasi e detti della Divina Scrittura. § 176 Verbum Dei venerabatur.

Era infine filialmente devoto e sottoposto alla Sede Apostolica, inculcandone con la parola e con gli scritti l'attaccamento ed il rispetto

Naturalmente io, di scienza propria non potei constatare tutte e singole le manifestazioni di pietà del Servo di Dio, ma mi era facile raccogliere dalla voce dei miei confratelli che avevano

avuto la fortuna di essergli vicino, gli elogi più incondizionati che gli facevano.

§ 177
Verbum Dei praedicabat in paroeciis visitandis.

Dicevano pure di lui che quando, da Vescovo, si recava a visitare le parrocchie, anche le più lontane, non trascurava di predicare la parola di Dio, proprio con la semplicità del missionario, specialmente dove il Vescovo non vi era andato da diversi anni.

Questo stesso spirito apostolico e missionario lo dimostrò quando venne in America in visita alla sua Congregazione. Allora colse l'opportunità per visitare più di 80 parrocchie lituane, che erano sparse in America.

(Proc. fol. 68 t.)

§ 178
Firma eius spes in Deo.

26: Nelle poche volte che ho avvicinato il Servo di Dio, sono stato sempre colpito dalla profonda speranza che egli riponeva nella Divina Provvidenza. Da tutte le sue azioni traspariva questo fiducioso abbandono, ed era per noi monito perché a nostra volta potessimo imitarlo.

§ 179
Vir sanctus aestimabatur.

Non sono in grado, però, di riferire episodi particolari in proposito, comunque ho sentito sempre dire dai confratelli che lo conoscevano personalmente, che era un uomo santo sotto ogni riguardo.

Mi risulta che, a proposito della santità del Servo di Dio, sono state raccolte impressioni e dichiarazioni di persone che l'hanno conosciuto e che al presente sono pubblicate in diversi libri e biografie del Servo di Dio.

§ 180
Omnem spem in divina Providentia collocabat.

Era noto nelle stesse Case d'America, dove io sono stato, e prima ancora che P. Matulewicz morisse, che lui, specialmente di fronte alle difficoltà economiche della sua Congregazione e della sua Diocesi, non disperò mai, riponendo piena fiducia nella Divina Provvidenza.

27: Nelle poche conversazioni che ebbi la fortuna di avere col Servo di Dio, mi fu facile ac-

corgermi che tutte le sue parole erano improntate a grande carità verso Dio. Il suo nome divino era spesso sulle sue labbra e lo pronunciava con molta unzione.

§ 181 Caritate in Deum aestuabat.

Era anche ammirabile la sua carità verso il prossimo e sentivo dire dai confratelli che, durante la guerra 1915-18 si diede molto da fare per lenire le sofferenze degli orfani, per i quali aprì un orfanotrofio in Bielany nei pressi di Varsavia, dove ne raccolse circa 200. Per il mantenimento di questi orfanelli; non si vergognava di chiedere l'elemosina porta per porta, nonostante fosse malato.

§ 182 Mira eius caritas in proximum.

Con le parole poi dimostrava massima carità verso qualsiasi genere di persona.

Il P. Giuseppe Vaitkevicius, primo cappellano del Servo di Dio, mi raccontò che un giorno, mentre nel pomeriggio lo accompagnava a passeggio, fece un grande saluto ad un ebreo che si era fermato a salutare il Vescovo. Affabilmente il Cappellano si permise di far presente che meglio sarebbe stato se non avesse dato retta a quell'ebreo, soprattutto perché tale, ma si ebbe in risposta le seguenti parole del Servo di Dio: « Padre, noi facciamo bene a venerare la croce del Signore, perché rappresenta l'immagine di Cristo; così facciamo anche bene quando rispettiamo la creatura umana, perché questa è l'immagine vivente di Dio ».

§ 183 Actus eximius caritatis.

29-32: La prudenza, la giustizia e la temperanza del Servo di Dio erano virtù che chi l'avvicinava, poteva constatare realmente esistenti in lui. Le sue parole non erano mai pronunciate senza che prima non fossero state attentamente vagliate. Erano concise e sfuggivano dall'avere la benché minima apparenza che potesse significare leggerezza di giudizio.

§ 184 Virtutibus cardinalibus excellebat.

Non ho mai sentito alcuno che abbia accusato il Servo di Dio di aver mancato di prudenza, anche nelle cose più ardue.

§ 185 Iustitiam eius laubant omnes.

La giustizia, poi, l'attirava in modo particolare, ed anche in proposito non sentivo che le lodi più incondizionate dai miei confratelli, che erano stati vicini al Servo di Dio.

§ 186 Temperantia et fortitudine excelluit

La temperanza, infine, e la fortezza parevano che fossero connaturali in lui. Parco nel cibo e modesto nel vestire, ricordo che quando venne in America ci fece sudare non poco per riuscire a convincerlo a cambiare l'abito che dal lungo uso si era ridotto in condizioni pietose.

§ 187 Actus eximius paupertatis.

Ricordo pure che il Servo di Dio non portava addosso l'orologio quando venne in America, e allora io mi permisi di offrirgli il mio che mi era stato regalato dal mio padrino, Casimiro Giorgio Matulaitis, ma il Servo di Dio me lo restituì dicendo: « Tieni pure ciò che ti hanno regalato ».

188 Constanter aequanimis et serenus.

§ 878 Nullus in eo defectus.

27 (fol. 433): Quando fece visita a Niagara Falls egli non soltanto disse la Messa, ma venne anche nel Santuario per assistere alla mia Messa. Ad Elizabeth, nel New Yersey, assistette ad una Messa mattutina, prima di celebrare egli stesso la Messa, e cresimò circa 800 persone nel pomeriggio.

§ 879 Sacro chrismate linivit 800 adolescentes.

(Fol. 434): Quando l'osservavo egli dimostrava sempre profonda pietà e preghiera.

Nelle sue prediche, il Servo di Dio parlava della Passione del Nostro Salvatore.

Quando parlava, i suoi sermoni erano una indicazione dell'essere lui un uomo di profondissima preghiera.

§ 880 Vir altissimae orationis.

Nelle sue prediche osservai che il Servo di Dio era mosso da una grande amore di Dio.

§ 881 Saluti animarum studebat.

Nelle sue prediche il Servo di Dio manifestava grande amore per la salvezza dei fedeli.

Il 25 Luglio 1926, nella Casa Parrocchiale di S. Casimiro a Philadelphia, in Pennsylvania, dopo che feci la mia confessione sacramentale con il Servo di Dio, egli mi diede una istruzione sull'amor di Dio, la quale istruzione mi commosse profondamente e fece rivivere la memoria della grazia della mia vocazione alla Congregazione dei Padri Mariani ed al sacerdozio che si effettuò attraverso il mio incontro con Suor Elena qui a Philadephia ed attraverso la sua guida e le sue incoraggianti parole. Suor Elena morì alla giovane età di 23 anni qui a Philadephia. I particolari della mia vocazione alla Congregazione dei Padri Mariani si trovano nel mio libro « Suor Elena ».

§ 882 Divinae voluntati resignatissimus.

Nelle sue prediche il Servo di Dio indicava la sua conformità con la volontà di Dio.

28 (fol. 434 terg.): Sì, egli amò il suo prossimo.

Da quanto osservai, il Servo di Dio era profondamente interessato ai problemi dei fedeli quando glieli presentavano.

Egli sembrò sempre essere mosso dall'amor di Dio.

§ 883 Amore in Deum et proximum movebatur.

Le sue prediche indicavano che il suo amore per il prossimo era basato sul suo amor di Dio.

Ricordo che il Servo di Dio mi ammaestrò ad essere molto generoso con i facchini che ci servivano in tutte le maniere.

30 (fol. 435 terg.): Sì, egli praticò la virtù della giustizia.

A quanto l'osservai, egli fece la volontà di Dio.

§ 884 Gratum animum ostendit.

Non osservai nulla di contrario a questa virtù.

Egli espresse i suoi ringraziamenti ai parroci ed ai domestici che l'aiutavano.

Egli mi trattò come un eguale, praticamente sotto ogni rispetto.

Sì, egli amò la semplicità; detestò moltissimo le menzogne. Rispondo a questo in base alla mia impressione generale di lui.

§ 885 Simplicitatem dilexit, mendacium detestavit.

Sì, egli mantenne le sue promesse. Aveva promesso di venire alla mia parrocchia a Wilkes-Barre, e, nonostante i suoi molti impegni, egli mantenne la sua promessa.

31: Sì, egli fu temperante. Da quanto l'osservai, sì.

Sì, egli fu temperato nell'uso dei cibi e delle bevande. Quando venivano servite delle bevande alcooliche, com'è costume in questo paese in occasione di pranzi speciali, il Servo di Dio ne accettava sempre un bicchiere. Tuttavia, egli fece sempre attenzione a berlo lentamente, e la mia osservazione fu che alla conclusione del pasto, il suo bicchiere originale era ancora pieno a metà.

§ 886 Temperantiam in cibo potumque servavit.

Durante il tempo in cui fui con lui, non vi furono giorni di digiuno ecclesiastico. Tuttavia, io so che non mangiò mai carne di venerdì.

Durante il tempo in cui fui con lui fu sua abitudine ritirarsi in camera sua verso le dieci. Non so a che ora si alzava al mattino. Ricordo che, di solito, servivo la sua Messa alle 7 del mattino.

33 (fol. 437 terg.): Sì, egli osservò la povertà.

§ 887 Paupertatem servavit et praedicavit.

Durante la Festa della Porziuncola, nel 1926, nella Chiesa della Regina degli Angeli a Brooklyn, New York, udii la predica del Servo di Dio sullo spirito di povertà di S. Francesco di Assisi, che mi impressionò profondamente. Ricordo una comparazione. Egli disse che S. Francesco era come una locomotiva che trascivana molti carri. Dopo aver osservate le opere del Servo di Dio negli Stati Uniti di America compiute in ogni dove, conclusi che il Servo di Dio era un altro Francesco.

Egli fu un modello per i membri della Comunità. Egli fu sempre soddisfatto dell'alimentazio-

§ 888 Omnibus contentus et nihil desideravit.

ne, degli alloggi e del mio servizio. Non espresse mai alcun desiderio riguardo queste cose.

Non so nulla in contrario.

34 (fol. 438): Sì, egli osservò la castità.

§ 889 Angelica eius puritas.

Ho udito altri dire che la sua continenza rifletteva angelica purezza, e da quanto potei osservare io stesso, concordo con la dichiarazione di cui sopra.

Egli fu sempre molto breve nel ringraziare le signore per i servizi resi nelle case parrocchiali.

Nelle prediche notai che manifestava un grande disgusto per i vizi contrari alla virtù della castità.

Nelle sue conversazioni egli fu modesto e serio, ma non ho alcuni fatti particolari da riferire.

§ 890 Exemplar castitatis.

Sì, dalle sue prediche e da quanto potei osservare di lui, direi che egli fu modesto ed un modello di castità.

No. Non so di nulla che fu scritto o detto contrario alla purezza del Servo di Dio.

35 (fol. 439): La cosa che mi impressionò riguardo la sua obbedienza è questa: Quando lessi una copia della sua lettera di dimissioni dalla sede di Vilno, indirizzata a Papa Pio XI, copia che si trova negli Archivi Mariani a Roma, fui impressionato moltissimo dal fatto che nonostante le molte difficoltà connese con l'amministrazione della sede di Vilno, egli dichiarava di essere pronto a rimanere lì, se tale era la volontà del Santo Padre.

§ 891 Etiam in arduis rebus promptus obediebat Pontifici.

Non ho altri particolari.

Non ho particolari riguardo questo.

Egli fu molto sottomesso al mio modo di predisporre le sue attività. Quando ero suo segretario egli lasciava tutti i particolari di questi programmi a me.

Egli rispondeva alle mie proposte con sollecitudine.

In generale egli mi fece l'impressione di avere lo spirito di obbedienza. § 892 Spiritu obedientiae praeditus erat.

Non notai mai qualcosa contrario a questa virtù della obbedienza.

37 (fol. 440): Virtù eroica è straordinaria ed al disopra della comune pratica di virtù e praticata con straordinaria facilità. Dalla mia osservazione della sua vita qui in questo paese, per due mesi, dai suoi appunti personali e dal memorandum di Padre Kristuikaitis, concludo che egli praticò la virtù in grado eroico. Vorrei riferirmi qui al fatto che ho menzionato prima, riguardo il suo dire Messa, mentre stava in viaggio da Detroit a Philadelphia, fermandosi a Pittsburg. § 893 Virtutes in gradu heroico exercuit.

Fui impressionato dal suo straordinario amor di Dio come manifestato nelle sue prediche.

45: Dalla mia osservazione del suo soggiorno di due mesi negli Stati Uniti, direi che generalmente egli era considerato un sant'uomo. § 894 Vir sanctus.

Nel Maggio 1946, Raimond Vaitkevicius, uno studente del Marianopolis-College di Thompson, nel Connecticut, rimase ferito, e, quando le sue condizioni divennero critiche, il direttore della Scuola, Padre Joseph Dombroskas cominciò al Servo di Dio una novena, con tutti gli studenti, per la guarigione di Raymond. § 895 Gratia fertur.

Durante questa novena, lo studente superò la crisi con successo. Io ero a quel tempo un membro del corpo insegnante del Collegio a Marianopolis.

Questo grande favore del 1946 al Collegio a Marianopolis aiutò il corpo insegnante e gli studenti a mantenere fiducia e devozione in Lui.

La sua reputazione di santità è in aumento. Non credo che essa sia mai diminuita o cessata. § 896 Fama sanctitatis aucta est et augetur.

Essa fiorisce al Collegio di Marianopolis tra il corpo insegnante e tra gli studenti. Posso ricordare altri membri del corpo insegnante del Collegio di Marianopolis — il Superiore era Padre Joseph Kuprevicius.

Lo considero un santissimo uomo secondo quanto ho già deposto.

EX PROC. ROGATORIALI SCRANTONENSI
(d. 23 Maii - d. 8 sept. 1955)

I TESTIS — D. ANTONAS Prof. KUCAS, nuptus, ann. 55 (V. A. V.), *juxta 2 interr. (Proc. fol. 463) respondit:*

§ 897 Nomen, aetas et conditio testis.

Antonas Kucas, Lithuania, John Kucas e Madeline Valaitis. Cinquantacinque, coniugato, dottore in storia, Professore asistente di Lingue e Storia Moderna all'Università di Scranton. Abito al N. 2087 n. Main Avenue, Scranton.

5: Desidero la beatificazione del Servo di Dio George Matulewicz. Desidero ciò, perché credo che fu un santissimo uomo.

Prego per la sua causa e faccio sì che altri conoscano la sua vita e domando loro di pregare per lui. Ho fatto questo negli Stati Uniti, in Lituania ed in Polonia.

§ 898 De visu.

6: Depongo in questa questione per conoscenza personale. Lo conobbi personalmente. Pervenni a conoscerlo nel 1925 in Dicembre, alla Conferenza Nazionale Cattolica Lituana tenuta a Kaunas, Lituania, nel Dicembre 1925. L'incontrai personalmente alcuni giorni dopo e vissi in un dormitorio per studenti al Monastero dei Padri Mariani nel quale viveva anche lui. Vissi lì, fino a che egli morì in quel monastero.

§ 899 Biographias et diarium S. D. legit testis.

La mia conoscenza di quest'uomo è stata aumentata dalle letture che lo riguardavano. Ho letto le biografie, le memorie di lui, ed il suo proprio diario.

Non ho mai visto alcun documento riguardante lui.

Fra gli autori di cui ho letto le opere riguardo il Servo di Dio, posso menzionare il seguente:

a) L'Arcivescovo George Matulewicz, ad opera di diverse persone che conobbero l'Arcivescovo. Lo tradussi in polacco.

24 (fol. 465 terg.): Dopo le dimissioni del Vescovo Matulewicz dalla Sede di Vilna, la Polonia concluse un Concordato con la Santa Sede e Vilna fu creata Arcidiocesi. Il popolo Lituano ritenne questo come un atto non amichevole verso la Lituania, da parte della Santa Sede e come una approvazione da parte della Santa Sede di questa ingiusta acquisizione di territorio lituano da parte della Polonia. Il Vescovo Matulewicz fu nominato Arcivescovo Titolare di Aduletani *(sic)* e Visitatore Apostolico di Lituania.

§ 900
Dissensus in Lituaniam inter gubernium et Sedem Apost. memoratur.

Quando l'Arcivescovo Matulewicz venne in Lituania, trovò questa insoddisfazione tra il popolo lituano. La sua prima apparizione ufficiale fu alla Conferenza Nazionale Cattolica di Lituania. Sul principio egli fu ricevuto molto freddamente. I membri della Conferenza pensavano che egli fosse venuto soltanto per proteggere gli interessi del Papa. Ma dopo che egli parlò per alcuni momenti, l'atteggiamento dell'uditorio cambiò ed avvertimmo la sua sincerità e che non si trattava di un discorso politico. Egli si dichiarò piuttosto per le cose di Dio in Lituania. Quando discutemmo successivamente del suo discorso, i miei amici ed io riconoscemmo in quest'uomo un sant'uomo, un uomo che non era in alcun modo straordinario, tranne che era sincero e santo.

§ 901
Servus Dei sermonem habuit et tam sanctus ac sincerus apparuit, ut reconciliaverit animos.

La sua spiegazione e la sua presenza in Lituania in quest'epoca, modificarono l'atteggiamento di risentimento tra il popolo in uno di buonvolere verso la Santa Sede.

28: So che amava il suo prossimo. Egli fondò a Varsavia un orfanotrofio durante la prima guerra mondiale ed andava quotidianamente in città per cercare del cibo per i bambini. Una volta un ufficiale gli domandò perché l'importunava tutti i giorni. Egli era curioso del perché il Sacerdote non confidava di più nella grazia di Dio. Il Sa-

§ 902
Orphanotrophium fundavit.

cerdote disse che la grazia di Dio opera attraverso la buona gente. Quando l'ufficiale udì questo adempì immediatamente la richiesta di Padre Matulewicz.

§ 903
Communiter sanctus aestimabatur.

Potrei menzionare qui che quando stavo a Varsavia nel 1945 vi era il convincimento comune che egli fosse un santo.

41 (fol. 467 terg.): Egli appariva molto calmo, nessuna traccia di sofferenza nella morte.

§ 904
Ad funera ingentissimus concursus.

Il funerale fu molto solenne. Quasi l'intera città vi prese parte. Gli studenti dell'Università trasportarono il suo corpo per due miglia. Non fu usato alcun mezzo motorizzato. Il popolo affluì molto spontaneamente. Comprendeva cattolici e non cattolici. Era convinzione di tutto il popolo che l'Arcivescovo era un santo. Nulla fu fatto per sollecitare il popolo.

§ 905
Populus de sanctitate S. D. sibi suasum habebat.

Nulla d'insolito accadde tra la sua morte ed i funerali, eccetto la grande folla che visitò il suo corpo.

Alla Messa funebre furono presenti tutti gli alti funzionari sia della Chiesa, che civili.

42: Il corpo fu sepolto nella cripta della Cattedrale il 2 od il 3 Febbraio 1927.

§ 906
De sepultura et translatione corporis S. D.

Rimase lì fino all'Ottobre 1934, quando fu trasportato in una Chiesa parrocchiale dei Padri Mariani a Marijampolè, in cui vi era una tomba speciale per il suo corpo.

Era la chiesa ove fu battezzato. Il Monastero dei Padri Mariani era contiguo alla Chiesa.

Il trasferimento del corpo fu molto solenne.

I Padri Mariani lo vollero presso la loro casa. Il suo corpo fu trasportato per treno. Ad ogni stazione del tragitto la gente andò incontro al treno. Sul crepuscolo il corpo arrivò a Marijampolè. A quel tempo insegnavo a Marijampolè. Il corpo fu trasportato per circa due miglia da alcuni uomini. Non furono usati nè automobili od altri veicoli. La maggior parte del popolo

teneva delle candele. Il corpo fu posto su di un catafalco.

Il giorno successivo fu celebrata una seconda messa funebre, alla quale parteciparono molti vescovi. Molta gente pregava alla tomba. Anche io vi ho pregato.

43: Quando il suo corpo fu esumato per il trasporto, esso fu trovato intatto ed in perfette condizioni, malgrado l'inondazione della Cattedrale, avvenuta un paio di anni prima.

§ 907 Corpus exumatum est integrum.

Durante la traslazione non fu mostrata alcuna indebita riverenza ai resti del Servo di Dio.

Non furono constatati atti non dovuti ai suoi resti alla cripta, né in qualsiasi altro tempo.

44: Visitai la sua tomba a motivo del mio rispetto e del mio convincimento nella sua santità e per ringraziarlo per i favori, che credo furono accordati attraverso la sua intercessione.

§ 908 Tumbam visitavit testis, quia sanctum habuit Servum Dei.

Altri visitarono la sua tomba. Si trattava di gente di ogni condizione sociale. Si poteva trovare sempre della gente in preghiera alla sua tomba.

La gente cominciò a visitare la sua tomba, appena il suo corpo fu trasferito, e la gente ha continuato da allora a visitare la sua tomba regolarmente.

§ 909 Apud sepulcrum viget concursus fidelium.

Per diversi anni non ho visitato la sua tomba — dal 1939.

Nulla fu fatto espressamente per incoraggiare o promuovere la visita della sua tomba. Fu una cosa spontanea da parte del popolo.

45 (fol. 469 terg.): Posso descrivere successivamente un favore speciale che ho ricevuto attraverso di lui.

So che la sua reputazione di santità esisteva e continua ad esistere a motivo del buon lavoro che egli fece per Iddio e per le anime.

§ 910 Fama sanctitatis floret et augetur.

La sua reputazione di santità è aumentata. Non è diminuita.

Dall'inizio questa reputazione di santità, fiorì tra uomini di ogni condizione. Era l'opinione di molti uomini di buon intelletto.

§ 911 Spontanea viget fama.

A quanto sappia, la sua reputazione di santità non fu stimolata artificialmente.

§ 912 A captivitate liberatus est testis per intercessionem S. D.

Credo nella sua santità. Baso questo sulla mia liberazione per la quale lo pregai e sulla mia conoscenza della sua vita e dei suoi fatti. Mi sia concesso di spiegare che ero stato in un campo di concentramento sotto l'esercito di occupazione tedesco dal 16 marzo 1943 all'11 marzo 1945. Pregai l'Arcivescovo Matulewicz per la mia liberazione. Vennero i russi e ci liberarono. Raggiunsi allora Varsavia dove, vivendo con i Padri Mariani, intrapresi dietro loro richiesta, la traduzione in lingua polacca delle Memorie dell'Arcivescovo Matulewicz, pregandolo sempre per la mia liberazione. Lo stesso giorno e la stessa ora in cui completai la traduzione incontrai un Sacerdote polacco che mi disse di un treno della Croce Rossa Francese, che era arrivato con prigionieri di guerra.

Su di esso vi era un certo Padre Pellietier, un Padre Domenicano Francese. A mezzo di questo Padre Francese, padre Yla, un professore del Seminario lituano ed io ricevemmo il permesso di lasciare la Polonia. Io rimpatriai in Francia e Padre Yla a Berlino. Considerai questa una risposta alla mia preghiera all'Arcivescovo, che il giorno dopo che terminai la traduzione delle Memorie sull'Arcivescovo Matulewicz ricevetti questo permesso per il quale avevo pregato.

§ 913 Nihil contra virtutes et famam auditum est.

48: Non ho udito mai nulla di detto o fatto contro le virtù o la santità dell'Arcivescovo né durante il tempo in cui viveva, né da quando è morto.

DOCUMENTA

NUM. I

Testimonium Nativitatis S. D.

(Proc. fol. 222 terg.)

Archivum Generale Congregationis CC. RR. Marianorum.

Matulevicius Georgius, Archiepiscopus M.J.C. Personalia - Nr. 2.

Testimonium de nativitate 1927-IV-29 Mariampolé, Ms. Lituan. F. 1.

Traductio Textus Lituani

Excerptum ex Libro Natorum — an. 1871 Nr. 189 — Paroeciae Romano-Catholicae Mariampolensis.

Pro registratione

Nomen et cognomen: Georgius-Boleslaus Matulaitis.

Quando natus (verbis): Die decima tertia aprilis anno millesimo octingentesimo septuagesimo primo. Ubi natus: In pago Luginé.

Parentum nomina et cognomina: Andreas Matulaitis et Ursula Matulyte-Matulaitienè.

Datae notitiae concordant cum originali.

Die 29 aprilis 1927 an.

Nr. 397 L. ✠ S.

Parochus Paroeciae Mariampolensis
Sac. J. Tilvytis

Praesentibus declaratur, traductionem latinam, ut supra, a sacerdote lituano P. Josepho Vaisnora factam, omnino esse conformem cum textu originali lituano.

In quorum fidem etc.

Datum Romae, die 10 Jaunarii 1956 a.

† Vincentius Padolskis
L. ✠ S. Episcopus titularis Larandensis

M. Magliocchetti, *Jud. Deleg.*
Augustinus Greco, *Promot. Fidei*

Ita est.

L. ✠ S. P. Dominicis, *Not.*

NUM. II

Testimonium de S. D. studiis et muneribus

(Proc. fol. 224)

Archivum Generale Congregationis CC. RR. Marianorum.

Matulevicius Georgius, Ep.pus M.J.C. Personalia - Nr. 7.

Testimonium Curiae Kielcensis 1923-IX-25 Kielce Dact. Polon. F. 1.

Traductio textus Poloni in Latinum

Curia Dioecesana Kielcensis - Nr. 2293 Die 25-IX-1923 an. Kielce.

Testimonium

Testificatur, Excellentissimum Dominum Georgium Matulewicz, Episcopum Vilnensem, admissum fuisse anno 1891 in Seminarium Ecclesiasticum Kielcense. Ob suppressionem Seminarii a gubernio russo anno 1893 studia seminaristica absolvit in Seminario Ecclesiastico Varsaviensi.

Anno 1895, utpote alumnus ingenio eminens, missus est ab Auctoritate Dioecesana Kielcensi in Academiam Ecclesiasticam Petropolitanam, quam absolvit anno 1899.

Ab anno 1901 ad an. 1904 munere professoris et vice-rectoris in Seminario Dioecesano Kielcensi fungebatur. Anno 1910 Canonicus Kielcensis est nominatus.

Vicarius Generalis Infulatus

L. ✠ S. Sac. B. Crerkiewicz, *Secret. Curiae*
Sac. P. Kalwa

Hisce declaratur, traductionem latinam, ut supra, a sacerdote polono Mariano Wisniewski factam, omnino esse conformem cum textu originali polono.

In quorum fidem etc.

Datum Romae, die 12 Januarii 1956 a.

L. ✠ S. P. Ladislaus Moccz, M. J. C., *Superior Generalis Cong. CC. RR. Marianorum.*
M. Magliocchetti, *Judex Del.*
Augustinus Greco, *Promot. Fidei*

Ita est.
P. Dominicis, *Not. dep.*

-

Die 25 Septembris 1959

Joannes Della Cioppa, *Adv.*
Michaël D'Alfonso, *Proc.*

(Tab. nn. 415 r - 829 c)
Romae, die 6 februarii a. 1960

REVISA
Nicolaus Ferraro S. R. C. Adsessor
Fidei Sub-Promotor Generalis



Nicolaus Ferraro, S. R. C. Adsessor
Fidei Sub-Promotor Generalis

+ Henricus Dante, Archiep. Carpasin.

ROMANA seu KAUNEN.

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS

SERVI DEI

Georgii Matulewicz-Matulevicius

SEU

Matulaitis

ARCHIEPISCOPI TIT. ADULITANI

REFORMATORIS CONGREGATIONIS CC. RR. MARIANORUM

ET FUNDATORIS CONGREGATIONIS SORORUM AB IMMACULATA CONCEPT.

LITTERAE POSTULATORIAE

ad signaturam Commissionis Introductionis Causae impetrandam

NUM. I

Emi ac Revmi Domini S. R. E. Cardinales

1. — *Litterae E.mi ac Rev.mi D. Card. Valerii Valeri, Praefecti S. Congregationis de Religiosis.*

Beatissime Pater,

Pergratum est mihi, instantibus Episcoporum aliorumque Virorum ecclesiasticorum precibus, meas quoque addere instantissimas ad Sanctitatem Tuam, humiliter rogandam, ut Commissionem Introductionis Causae Beatificationis

praeclari Servi Dei Georgii Matulewicz-Matulevicius, Archiepiscopi tit. Adulitani et Reformatoris Congregationis CC. RR. Marianorum, signare dignetur.

Ipse, dum viveret, eximiis praefulsit virtutibus, nam omnia officia vel maximi momenti sibi concredita, obstaculis vere arduis prudentissime superatis, strenuo animo ac constantia admirabili adimplevit. Praeclarissimus in sacris disciplinis doctor rite proclamatus et in sociologicis scientiis eruditus, qua professor in Academia Ecclesiastica Petropoli in Russia pietate, doctrina et humilitate eminuit, itemque qua Ordinis jam morituri CC. RR. Marianorum instaurator, qua Episcopus Vilnensis et qua Visitator Apostolicus in Lituania, nullis pepercit laboribus et sacrificiis atque in omnibus adiunctis, vel arduis et adversis, zelo divinae gloriae animarumque salutis et prudentia, et caritate, et fortitudine jugiter excelluit ac omnibus aedificationi et exemplo exstitit.

Nihil itaque mirum, si de Ecclesia civilique societate optime meritus fuerit atque apud omnes in magna aestimatione habitus. Praeclaris cohonestatus virtutibus et fama sanctitatis, die 27 januarii anni 1927, pientissime in Domino quievit.

Memoria eius adhuc in benedictione manet et eius patrocinium saepe saepius a fidelibus invocatur atque gratiae, necnon mirae sanationes, per intercessionem sancti Viri, impetratae feruntur.

Quare Sanctitatem Tuam enixe adprecor, ut meum quoque votum exaudire dignetur.

Romae, die octava mensis Aprilis 1958

Sanctitatis Tuae

addictissimus ac devotissimus filius

† Valerius Card. Valeri

2. — *Litterae E.mi ac Rev.mi D. Card. Gregorii Petri XV Agagianian, Ciliciae Armenorum Patriarchae.*

Beatissime Pater,

Brevis synopsis vitae Famuli Dei Georgii Matulewicz-Matulevicius, Archiepiscopi tit. Adulitani, Reformatoris Congregationis CC. RR. Marianorum et eiusdem Congregationis Moderatoris Generalis usque ad obitum, satis sistit Virum doctrina, virtutibus et operibus eximiis ac sanctitate super communem agendi modum valde praestantem.

Ex fructibus dignoscitur arbor et ex operibus sanctitas. Porro praefatus Christi Famulus, in sacris disciplinis docstissimus magister ac in scientiis sociologicis peritus, nullis pepercit laboribus nullisque studiis ac industriis ut operarios, clericos et fideles adiuvaret, erudiret ac in fide firmaret.

Ordinem CC. RR. Marianorum ab Immaculata Conceptione B. V. Mariae a gubernio civili suppressum et jam moriturum, quia vix unus superstes et senex adhuc vivebat sodalis, ad novam vitam revocavit, reformavit atque sapientissime rexit et propagavit. Pro puellis pauperibus et orphanis in Lituania Sororum Pauperum Congregationem item sub titulo Immaculatae Conceptionis instituit formavitque.

Ob eius eximias virtutes Episcopus Vilnensis est electus et zelo divinae gloriae ac salutis animarum aestuans mori paratum se declaravit pro ovibus suis, latissimam dioecesim septem annos prudentissime gubernavit, multa adversa et nimis ardua ob factiones politicas ac nationales strenuo animo pertulit, et caritate, prudentia, justitia aliisque virtutibus praeter communem agendi rationem excelluit.

Pariter ob eius praeclara merita et virtutes Archiepiscopus electus et Visitator Apostolicus in Lituaniam missus est, ubi pro Apostolica Sede et ad bonum religionis catholicae negotia maximi momenti eximia cum prudentia caritateque, omnibus plene satisfactis et perlibenter adprobantibus, pertractavit, composuit absolvitque.

Aedificationi, exemplo et admirationi a prima aetate ad obitum usque fuit omnibus vel adversariis et schismaticis, necnon viris ecclesiasticis, saecularibus et regularibus; apud omnes et ubique sanctimoniae haud exiguam famam sibi conciliavit.

Plures gratiae pluresque mirae sanationes, Dei Famulo opitulante, illius sanctitatis aestimationem confirmare videntur, prout ex Inquisitionibus canonicis mox expletis clare arguitur.

Hanc itaque Sanctitati Tuae humilem expromo petitionem, ut Commissionem Introductionis Causae praefati sancti Viri signare dignetur.

Romae, die 9 Aprilis 1957

Sanctitatis Tuae

devotissimus ac addictissimus filius

L. ✠ S. † Gregorius Petrus XV Card. Agagianian, *Ciliciae Armen. Patriarcha*

3. — *Litterae E.mi ac Rev.mi D. Card. Samuelis Alfonsi Stritch, Archiepiscopi Chicagensis.*

die 12 junii 1957

Beatissime Pater,

Infrascriptus Archiepiscopus Chicagiensis, ad pedes Sanctitatis Tuae provolutus, institutio-

nem Processus Apostolici pro Beatificatione Servi Dei Georgii Matulewicz-Matulevicius, Archiepiscopi Titularis Adulitani et Congregationis Patrum, qui Mariani ab Inmaculata Conceptione nuncupantur, Reformatoris atque veluti secundi Fundatoris, ex corde commendat.

Jam ab anno 1913 Patres huius Congregationis domum Chicagiae habent et praesertim inter fideles origine lithuanos copiosis cum fructibus Sacrum Ministerium ad mentem et vota ejusdem Servi Dei exercent. Insuper ille Dei Servus hanc domum cum novitiatu fundavit atque iterum anno 1926 Chicagiam petiit et non solum Congressum Eucharisticum Chicagiensem Internationalem sermone de Missionibus inter Russos orthodoxos ornavit sed et domus suae Congregationis visitavit et firmavit. Insuper eodem tempore paroecias pro lithuanis in Statibus Unitis sua praesentia atque exhortationibus ad pietatem et rectam vitam catholicam ditavit. Quapropter praesertim apud Chicagiam ubi permulti fideles origine lithuani inveniuntur, memoria hujus Dei Servi ac ejusdem sanctitatis permanet.

Cum processus informativus, quatenus edoctus sum, jam expletus sit cumque ex fontibus authenticis sanctitas heroica hujus Servi Dei fulgere videatur, cumque memoria ejus inter fideles late ac pie colatur, commendationes meae uti supra ad pedes Sanctitatis Tuae deponuntur.

Et Deus...

L. ✠ S. † Samuel Alfonsus Stritch, *Archiepiscopus Chicagiensis.*

NUM. II

Excmi ac Revmi Archiepiscopi et Episcopi

4. — *Litterae Exc.mi ac Rev.mi D.ni Josephi Joannis Skvireckas, Archiepiscopi Metropolitae Kaunensis in exilio.*

Beatissime Pater,

Infrascriptus Archiepiscopus Kaunensis, cum certior esset factus processum informativum Ordinarium super fama sanctitatis, virtutum et miraculorum in genere Servi Dei Georgii Matulewicz-Matulevicius iam absolutum et Sacrae Rituum Congregationi exhibitum fuisse, cumque de sanctitate tanti Viri sibi suasum haberet, instanter instantius instantissime adprecatur Sanctitatem Tuam, ut quam citius signaturam Commissionis Introductionis Causae eius Beatificationis concedere dignetur.

In sede mea Metropolitana, in Kaunensi civitate, die 27 Ianuarii anni 1927, diem pientissime obiit Archiepiscopus Matulevicius, qui, uti Visitator Apostolicus in Lituania, strenuus ac prudentissimus exstitit promotor et auctor provinciae ecclesiasticae Lituanae, quae Constitutione Apostolica « Lituanorum gente », anno 1926 lata, adhuc regitur.

Compertum est mihi, Servum Dei, qua CC. RR. Marianorum Congregationis Restauratorem ac Reformatorem, deinde ut Episcopum latissimae dioecesis Vilnensis, indefesso divinae gloriae et salutis animarum enituisse zelo et omnes vires pro Cristo et Ecclesia actuosissime insumpsisse.

Vir fuit magni ingenii, doctrina, scientia et pietate praeclarus; magister, scriptor et praedicator eximius facundusque; constanter et ubique conspicua omnium virtutum praebuit specimina, adeo ut sanctimoniae famam apud omnes sibi comparaverit. Post eius obitum fama in dies aucta est et sponte augetur, eo quod plurimae gratiae et mirae sanationes, eodem intercedente, impetratae feruntur.

Quapropter, ad pedes Sanctitatis Tuae provolutus, nomine quoque Episcoporum, cleri et christifidelium totius Lituaniae, quae nunc temporis utpote « Ecclesia Silentii » tacere constringitur, supplices expromo preces pro Causae Servi Dei Georgii Introductione atque Benedictionem Apostolicam pro omnibus exoro.

Zams bei Landeck 44 - Tirol, Austria
Die 14 Maii, 1956.

Sanctitatis Tuae

addictissimus, humillimus et devotissimus filius in Christo

L. ✠ S. † Joseph Joannes Skvireckas, *Archiepiscopus - Metropolita Kaunensis in exilio*

5. — *Litterae Exc.mi ac Rev.mi D.ni Vincentii Brizgys, Episcopi tit. Bosanensis, Auxiliaris Kaunensis, in exilio.*

Beatissime Pater,

Omnes sacerdotes et christifideles Lituani, in regionibus Americae Septentrionalis et Canadae ob immane bellum dispersi, una mecum magna spirituali repleti fuere laetitia, ubi primum excepere nuntium iam feliciter absolutum et Sacrae

Rituum Congregationi exhibitum fuisse Processum Ordinaria Auctoritate in Urbe constructum super fama sanctitatis, virtutum et miraculorum in genere Servi Dei Georgii Matulewicz-Matulevicius, Archiepiscopi titularis Adulitani.

Sanctum et praeclarum illum Virum probe novi egomet, dum adulescens studiis in gymnasio Mariampolensi in Lituania vacavi. Eum exercitia spiritualia praedicantem una cum meis condiscipulis audivi et haud semel Eidem in sacramentali confessione meam expiavi conscientiam. Faciles ac dilucidos Eius sermones magna cum admiratione auscultabamus nos juvenes, quippe quod ex abundantia cordis loquebatur, scientiam Sanctorum scitissime praedicabat atque dilectionem in Deum, qua ipse constanter erat incensus, in cordibus nostris augere et ubique dilatare studebat. Iam ex tunc magna apud omnes habebatur in aestimatione ob eius doctrinam et virtutes itemque ob eius indefessum divinae gloriae et animarum salutis zelum, quo maxime aestuabat.

Cum autem Dei Famulus ad ecclesiam episcopalem Vilnensem ab Apostolica Sede est evectus, valde gavisi sumus omnes Lituani quasi tantae dignitatis participes facti et inter nos dicebamus, novum Episcopum esse vere dignum vereque Ecclesiam Catholicam Spiritu Sancto regi et gubernari.

Latissimam dioecesim Vilnensem prudentissime septem annos administravit, plurimas omne genus adversitates et contrarietates strenuo animo et heroica caritate pertulit.

Sponte autem renunciata dioecesi, in Lituaniam est missus qua Visitator Apostolicus atque in patria nostra non solum sapientissimus rerum ecclesiasticarum exstitit ordinator, sed etiam vitae spiritualis et religiosae magister praeclarus. Alumnos enim seminariorum et catholicas fidelium associationes saepe saepius in ecclesiis et ubique

ac quavis occasione ferventer alloquebatur, eosque exhortari ac excitare in deliciis habebat, ut fortes in fide perseverarent, Ecclesiae Catholicae et Summo Pontifici constanter etiam in rebus adversis absolutam humillimamque praestarent obedientiam perfectamque submissionem.

Dum Visitatoris Apostolici munus iamiam expleturus esset, inopino correptus morbo, die 27 Januarii anno 1927, Kaunae, sancte ad superos migravit. Omnes uno ore Eum proclamarunt sanctum ac potentem apud Deum intercessorem.

Fama sanctitatis, qua dum viveret condecoratus exstitit, post eius sanctam mortem aucta est ac in dies augetur ac floret inter omnes Lituanos, non obstante furente occupatione totius Lituaniae a bolshevistis patrata. Haud minus inter Lituanos profugos dispersosque in regionibus liberis de sancto Viro sanctimoniae firma ac generalis viget aestimatio. Nil exinde mirum, si plurimi christifideles Servi Dei Georgii intercessionem adprecantes gratias et miracula quoque obtinere dicuntur.

Quare, infrascriptus, generalis et augescentis famae sanctitatis Servi Dei testis, ad fidei incrementum et ad pietatem fovendam, instanter, instantius, instantissime adprecari audet Sanctitatem Tuam, ut quam citius Causae Introductionis Commissionem signare dignetur.

Apostolicam implorans Benedictionem

Sanctitatis Tuae

addictissimus, humillimus ac devotissimus famulus et filius

L. ✠ S. † Vincentius Brizgys, *Episcopus titularis Bosanensis Auxiliaris Kaunensis.*
Nunc ad nutum Sanctae Sedis penes Cardinalem Alfonsum Stritch in civitate Chicagensi degens.

Die 23 Aprilis 1957 a.
6727 So. California Avenue
Chicago 29, Illinois - USA.

6. — *Litterae Exc.mi ac Rev.mi Vincentii Padolskis, Episcopi tit. Laradensis, in exilio.*

Beatissime Pater,

Ad supplices preces Excellentissimi Domini Josephi Skvireckas, Archiepiscopi Kaunensis, Metropolitae Provinciae Ecclesiasticae Lituanae, audeo et meas humiles preces adiungere, quatenus Sanctitas Tua benigne dignetur Sacrae Rituum Congregationi committere causam beatificationis Servi Dei Archiepiscopi Georgii Matulewicz-Matulevicius, viri tantum benemeriti pro Ecclesia Catholica, praesertim in Lituania.

Ipse enim, ut Restaurator Congregationis CC. RR. Marianorum et Fundator novae Sororum Congregationis ab Immaculata Conceptione, non exiguum in vitam spiritualem influxum salutarem exercuit et exercet in regionibus, ubi istae familiae religiosae operam suam pro animarum salute navant.

Non minus benemeritus pro Ecclesia fuit Servus Dei, qua Episcopus Vilnensis, vastissimae dioecesis ordinarius, in illis turbulentissimis temporibus (1918-1925), quibus in dicta regione potestas civilis septem saltem vicibus alia et alia sibi succedebat atque factiones politicae ac nationalisticae quaevis ad suam partem trahere conabatur etiam animarum Pastorem. Et tunc ipse forti restitit animo machinationibus contra iura et leges Ecclesiae, ac sua prudentia, patientia, eximia sui ipsius abnegatione, zelo vere apostolico, quo omnibus omnia factus, per septem annos fideliter sustinuit onus episcopale.

Sed maxime enituit Servi Dei fidelitas erga Sanctam Sedem, cum ad nutum Summi Pontificis f. r. Pii XI, difficillimam assumpsisset missionem, ut Visitator Apostolicus in Lituania. In decursu vix duorum annorum, indefesso labore, ver-

bo et exemplo, prudentia et incomparabili fortitudine id effecit, quod res ecclesiasticae tunc temporis in Lituania valde intricatae reordinarentur; animi catholicorum nefasta inimicorum propaganda confusi et quasi a Sancta Sede abalienati ad pacem et amorem erga Summum Pontificem reconducerentur; concordatus cum Gubernio Lituaniae schema valde Ecclesiae utile praepararetur; Centrum Actionis Catholicae aliaque instituta catholica ad maiorem efficientiam sagacibus promoverentur ordinationibus. Iuste ac digne Servus Dei Georgius consideratur ut renovator vitae religiosae catholicae in tota Lituania.

Ideoque non est mirum, quod Servus Dei propter eximias suas virtutes ac praeclara gesta iam in vita vel maxima aestimatione universaliter frueretur. Post vero mortem fama eius sanctitatis magis magisque propagatur et in dies augetur, atque plurimi christifideles recurrentes ad eius intercessionem gratias recipere feruntur.

Quapropter, confisus, tanti Viri glorificationem a Sancta Sede decretatam sine dubio promoturam esse bonum ac decorem Ecclesiae Universalis, atque Ecclesiae in Lituania, nunc sub iugo communistico gementi, allaturam esse solamen et in praesenti oppressione animorum confirmationem — infrascriptus instanter, instantius et instantissime adprecatur Sanctitatem Tuam, ut votum suum benigne exaudire dignetur.

Romae, die 25 Martii 1957 a.

Sanctitatis Tuae

obsequentissimus, obedientissimus, addictissimus famulus et filius

L. ✠ S. † Vincentius Padolskis, *Episcopus tit. Larandensis, Collegii Lituani de Urbe Praeses.*

7. — *Litterae Exc.mi ac Rev.mi D.ni Antonii Samoré, Archiepiscopi tit. Ternobensis.*

Beatissime Pater,

Ad supplices preces Lituaniae Episcoporum, tum eorum qui extra Patriam exulare coacti votum suum iam expresserunt, tum etiam eorum qui sub iugo communistico degentes silentio suo eloquentius quam verbis idem proclamare iure censentur, meas quoque humiles et instantes preces addo, ut Sanctitas Tua supremo Suo iudicio gratiose dignetur signare Commissionem Introductionis Causae beatificationis Georgii Matulewicz-Matulevicius, Archiepiscopi titularis Adulitani, Reformatoris ac Superioris Generalis Congregationis CC. RR. Marianorum et Fundatoris Congregationis Sororum ab Immaculata Conceptione.

Virum hunc eximium non cognovi; multa tamen de eo bona, dum in Lituania annis 1931-1938 a Secretis Nuntiaturae Apostolicae Kaunae degerem, audivi; ac proinde haud difficile est mihi formare iudicium, Dei famulum Georgium non ordinariis fuisse ornatum dotibus, atque communem hominum agendi modum superasse.

Ad iudicium meum illustrandum placet mihi hic adducere ea quae a Georgio Matulewicz-Matulevicius acta sunt, cum munere Visitatoris Apostolici (1925-1927) fungeretur in Lituania. In decursu circiter duorum annorum Visitatoris arduum opus ad felicem exitum perduxit: res enim ecclesiasticas prudentissime reordinavit, animos catholicorum ad fiduciam et amorem erga Summum Pontificem reconduxit, Actionem Catholicam aliaque instituta religiosa sagacibus locupletavit ordinationibus, quibus maior eorumdem efficientia promoveretur. Iuste igitur considerabatur veluti vitae religiosae tunc temporis in Lituania restaurator.

Admiratione tamen digna sunt non tam ipsa opera nec perspicax ingenium, quam potius insignes eius virtutes: prudentia coniuncta cum evangelica simplicitate, laboriositas indefessa et fidelitas in susceptis muneribus adimplendis, eius demum serenitas spiritus seu optimismus supernaturalis, etiam in casibus perplexis, imperturbabilis.

Non mirum est, quod propter istas eximias dotes et virtutes Georgius Matulewicz-Matulevicius iam in vita in magna et universali habebatur aestimatione. Quae post eius obitum non diminuta, sed potius aucta est. Huius rei fui ipsemet testis ocularis, cum anno 1934 eius spolia translata ex Kaunas in Mariampole et tumulata in ecclesia parochiali Marianorum fuerunt. Praesens fui solemnissimae sacrae functioni funebri, in qua partem habuerunt 8 episcopi, 80 sacerdotes, auctoritates civiles et ingens fidelium multitudo

Cum autem etiam, sicut fertur, plurimi, praesertim lituani, magna cum fiducia recurrentes ad Dei famuli intercessionem sanationes aliasque gratias extraordinarias soleant obtinere, humiliter Sanctitatem Tuam adprecari audeo, ut votum meum excipere benigne digneris.

Romae, die 29 septembris 1957

Sanctitatis Tuae

obedientissimus et addictissimus famulus et filius

† Antonius Samoré

Archiepiscopus titularis Ternobenus

8. — *Litterae Exc.mi ac Rev.mi D.ni Josephi Rancans, Episcopi tit. Macropolitani, Auxiliaris Archiepiscopi Rigensis, in exilio.*

Beatissime Pater,

Magno cum gaudio notitiam percepi, Processum Informativum Ordinarium super fama sanc-

titatis Servi Dei Archiepiscopi Georgii Matulewiez-Matulevicius esse iam absolutum atque hujus Acta translata in Sacra Rituum Congregationem, ut Causa Beatificationis ageretur coram Apostolico Tribunali.

Bonam fortunam habui cognoscendi Archiepiscopum Georgium personaliter inde ab anno 1908, cum absolutis studiis in seminario dioecesano ad studia superiora missus essem in Academiam Ecclesiasticam Petropolitanam in Russia. Per integrum triennium Servus Dei fuit meus magister. Deinde, dum Ipse sedem episcopalem occuparet Vilnensem (1918-1925), non tam multum distantem a Riga, ubi ego commorabar, habuimus non semel occasionem conveniendi; imo Ipse fuit etiam in mea consacratione episcopali Conconsecrans episcopus (1924). — Magna semper in veneratione et admiratione habui Servum Dei Georgium, non solum propter Eius extraordinarium ingenium, sed potissimum propter Eius moralem celsitudinem, Eius spiritum amore Dei et proximi perfusum, ex quo eradiabatur quaedam vis irresistibiliter attrahens ad Eius personam.

Eximia autem opera ab Eo pro Ecclesia Dei exantlata, tum qua Renovatoris Congregationis CC. RR. Marianorum, tum qua Episcopi vastissimae dioecesis Vilnensis et quidem temporibus ultra difficilibus, tum demum qua Visitatoris Apostolici in Lituania, heroicas proclamant Eius virtutes, praesertim omnimodam sui abnegationem, animi fortitudinem et zelum apostolicum prudentia directum et paratum omnia sua sacrificandi pro Christo et Ecclesia.

Nec licet mihi silentio praeterire beneficium quod experta est mea Patria quoque propter providam Servi Dei dispositionem, qua sodales Mariani renovatae ab Eo Congregationis invecti sint in Lettonia, ubi ab anno 1924 apostolatum multiformem magno cum fructu exercebant, et etiam

nunc etsi valde coarctatum sub dominio communistico exercent.

Prae oculis habendo haec omnia, non est mirum, si post Eius mortem fama sanctitatis large lateque diffunditur atque ad Eius intercessionem recurrentes gratias a Deo accipere firmiter credunt.

Quamobrem et ego, infrascriptus, ad pedes Sanctitatis Tuae humiliter prostratus, peto instanter, instantius et instantissime, ut Introductionis Causae Commissionem auctoritate Tua suprema signare benigne digneris.

Sanctitatis Tuae

Grand Rapids, Mich.
Die 28 mensis Martii, 1957.

obedientissimus, addictissimus et devotissimus filius

L. ✠ S. † Josephus Rancans
Episcopus Auxiliaris Rigensis
Episcopus tit. Macropolitanus

9. — *Litterae Excmi ac Revmi D.ni Antonii Urbess, Episcopi Liepajensis, in exilio.*

Die 11 aprilis 1957
Montserrat - Hispania

Beatissime Pater,

Hodierno tempore, quo innumeri sacrosanctae Christi Ecclesiae inimici insidias christifidelibus undique tendunt et vesano ausu praesertim Ordines Religiosos appetunt illosque prorsus pessumdare autumnant, summopere interest prae omnium oculos ponere et extollere viros illos, quorum in singulari et admirabili servitio Dei vita

fuit impensa, ut ad eorum virtutum admirationem et sequelam fidelium animi alliciantur.

Ad huiusmodi praeclaros viros sane adnumerandum esse censeo Servum Dei Georgium Matulewicz-Matulevicius, Archiepiscopum tit. Adulitanum, Reformatorem et Superiorem Generalem CC. RR. Marianorum, Fundatorem Congregationis Sororum ab Immaculata Conceptione, cuius beatificationis Causa, Processu Ordinario super fama sanctitatis nuper absoluto, iam ad Sacram Rituum Congregationem est delata.

Ipse enim ex humili quidem agricolarum familia in Lituania ortum habuit (1871), ingenio tamen non communi et indole bona a Deo dotatus fuit. Iam ab iuvenilibus annis militiae ecclesiasticae se consecrare in animo habuit. Non parvis obstaculis superatis, voti compos factus est. Et studiis maxima cum laude peractis ac sacerdotio auctus, ad salutem animarum promovendam indefesso et constanti se accinxit labore.

Mirum est, quanta in decursu suae activitatis apostolicae, ab anno 1902 ad 1927, pro Christo et Ecclesia Servus Dei Georgius compleverit. Equidem, qua professor tum Seminarii dioecesani tum Academiae Ecclesiasticae Petrolitanae, futuros sacerdotes per annos praeparabat, sana ac solida doctrina theologica eos imbuendo et ad veram pietatem verbo et potissimum exemplo alliciendo.

Ad altiora tamen se vocatum sentiens, magna animi fortitudine ac audacia, spretis omnibus periculis, Ordinem CC. RR. Marianorum ab Immaculata Conceptione, a civili auctoritate suppressum (1864), ab omnimoda extinctione vindicavit, approbante Sancto Papa Pio X (1910); anno vero 1918 novam Congregationem Sororum fundavit in Lituania, quae puellarum bono consuleret, praesertim pauperum.

Sanctae Sedis voluntati humiliter obtemperans, onus Episcopi Vilnensis suscepit et per sep-

tem annos fortiter portavit, vere bonus pastor omnia omnibus factus, etsi plura ardua et adversa propter politicas ac nationalisticas factiones ei pati contigerit.

Demum, incondicionate fidelis Sedi Apostolicae, a cuius nutu dociliter pendebat, gravissimum munus Visitatoris Apostolici in Lituania anno 1925 accepit, et, rebus feliciter compositis, servitium suum pro bono Ecclesiae morte sancta sigillavit Kaunae, die vicesima septima Ianuarii anni millesimi nongentesimi vicesimi septimi.

Cum autem non solum eximia opera Servi Dei, sed etiam virtutum et sanctitatis fama large lateque testetur de eius admirabili vita, cumque plurimi fideles recurrant ad eius intercessionem et favores ac gratiae impetrare dicantur, quapropter infra scriptus, instanter, instantius et instantissime petit, ut Sanctitas Tua consuetam Introductionis Causae Commissionem supremo Suo iudicio signare benigne dignetur.

Beatitudinis Tuae

obsequentissimus et addictissimus famulus
et filius,

L. ✠ S. † Antonius Urbss
Episcopus Liepajensis
Solio Pontificio adstans (in exilio)

10. — *Litterae Exc.mi ac Rev.mi D.ni Alexandri Evreenoff, Archiepiscopi tit. Pariani.*

Beatissime Pater,

Christianae religionis summopere interest prae omnium oculos ponere et extollere viros illos, quorum in singulari et admirabili servitio Dei vita fuit impensa, ut ad eorum virtutum admirationem et sequelam fidelium animi alliciantur.

Quos inter recensendum procul dubio existimo Servum Dei Georgium Matulewicz-Matulevicius, Archiepiscopum tit. Adulitanum, Reformatorem et Superiorem Generalem Congregationis CC. RR. Marianorum necnon Fundatorem Congregationis Sororum ab Immaculata Conceptione.

Ille enim, etsi ex humili agricolarum familia in Lituania anno 1871 ortus esset, ingenio tamen non communi et indole bona a Deo dotatus, iam ab iuvenilibus annis militiae ecclesiasticae se consecrare in animo habuit. Studiis maxima cum laude peractis, ac sacerdotio auctus, ad salutem animarum promovendam indefesso se accinxit labore, tum iuventuti educandae, tum operariorum conditioni meliorandae, tum piarum animarum in via perfectionis directioni se dedicando.

Ad altiora tamen se vocatum esse sentiens, magna animi fortitudine ac audacia, non obstantibus difficultatibus ac periculis, Ordinem CC. RR. Marianorum ab Immaculata Conceptione, a civili auctoritate supressum (1864), ab omnimoda extinctione vindicavit, Sancto Papa Pio X approbante (1910 anno).

Quae renovata Congregatio in regionibus potissimum balticis propagata est, et iuxta sui Reformatoris mentem non solum inter catholici nominis fideles operam navare, sed etiam ad conversionem dissidentium ab Ecclesia Catholica manum suam apponere debuit. Hunc in finem ipse Servus Dei domum fundavit cum scopo praeparandi missionarios, qui convertendis dissidentibus se consecrarent.

Ex hac Domo, Sancta Sede requirente, inde ab anno 1929, Mariani in ritu byzantino-slavo praeparati mittebantur in Harbin (Manciuria), ut Missionem seu Ordinariatum pro russis ritus byzantino-slavi regerent. Per viginti fere annos, usque ad violentam Missionis a communistis suppressionem, Mariani operam suam praestabant

inter russos dissidentes, uberrimo quidem cum fructu.

Cum autem non solum eximia opera Servi Dei Georgii, sed etiam virtutum et sanctitatis fama large lateque testetur de Eius admirabili vita, cumque plurimi fideles recurrant ad Eius intercessionem et favores ac gratias impetrare dicantur, — quapropter, infrascriptus, instanter, instantius et instantissime petit, ut Sanctitas Tua consuetam Introductionis Causae Commissionem supremo Suo iudicio signare benigne dignetur.

Beatitudinis Tuae addictissimus, obsequentissimus famulus et filius

Romae, die 8 Martii 1957 a.

† Alexander Evreenoff
Archiepiscopus tit. Parianus
Episcopus Ordinans
pro ritu byzantino-slavo

11. — *Litterae Exc.mi ac Rev.mi D.ni Joannis Bucko, Archiepiscopi tit. Leucadensis, Visitatoris Apostolici pro fidelibus Ukrainis in Europa Occidentali degentibus.*

Roma, die 30. m. Aprilis 1957.

Beatissime Pater,

humillime infrascriptus ad pedes Sanctitatis Vestrae provolutus instanter supplicare audet, ut Sanctitas Vestra Causam Beatificationis Servi Dei Archiepiscopi Georgii Matulewivz-Matulevicius, Reformatoris ac Superioris Generalis Congregationis CC. RR. Marianorum, necnon Fundatoris Congregationis Sororum ab Immaculata Conceptione, suprema Sua auctoritate Sacrae Rituum Congregationi benignissime committere dignetur.

Etsi infrascriptus Servum Dei Georgium non cognoverat, non pauca tamen de eius summa in-

dustria et laboribus necnon de eximiis virtutibus audivit et legit; ac proinde haud difficile est ipsi certum formare iudicium, Servum Dei Georgium non ordinariis fuisse exornatum dotibus, atque sine dubio communem hominum agendi modum longe superasse.

Peculiari autem modo id apparet ex eius universali caritate, qua omnes homines sine distinctione in Christo amplectebatur ut omnes lucrifaceret. Exemplo sint constantes eius conatus, ut ad unionem cum Ecclesia Catholica sic dicti « orthodoxi » seu dissidentes revertantur.

Dum Servus Dei Georgius dioecesim regebat Vilnensem (1918-1925), in cuius territorio plurimi vivebant « orthodoxi », nationis potissimum ruthenae seu ucrainae et alboruthenae, ipse, Pastor bonus, omni studio quaerebat oves istas errantes ut ipsas ad ovile Christi attrahere posset. Et eius conatus non in cassum fuere. In sua relatione ad Sanctam Sedem (1923) ipse potuit significare, plus quam 7000 schismaticos receptos fuisse in sinum Ecclesiae Catholicae.

His tamen non contentus semperque desiderans ut opus unionis magis expedito procederet modo, in suam dioecesim invitavit S. Basilii Magni Ordinis Religiosos ruthenos seu ucrainos, quibus, revindicato pro ipsis antiquo eorum monasterio in Torokanie, hanc eandem operam speciali modo commissit, ut ad unionem cum Ecclesia Catholica orthodoxos loci, ritu eorundem orientali conservato, pro viribus adducere studerent (1924). Hac eadem intentione, idem Servus Dei, qua Superior Generalis Congregationis, domum erexit Marianorum in Druja, quibus, praeter ordinariam curam spiritualem fidelibus praestandam, studium peculiare commendavit, ut se praepararent etiam ad operam missionariam inter « orthodoxos » convertendos. De facto ex illa domo in Druja prodierunt quidam Religiosi Mariani, qui, ritu

byzantino-slavo suscepto, missi sunt in Harbin (Manciuria), ubi magno cum fructu operam missionariam pro conversione dissidentium explicabant, usque ad violentam eiusdem Missionis suppressionem a communistis perpetratam (1948).

Quomodo in medullis Servi Dei Archiepiscopi Georgii Matulewicz-Matulevicii conversio erat « orthodoxorum », patet demum ex eius sermone accuratissimo in foro internationali habito h. e. in Congressu Internationali Eucharistico, qui anno 1926 in Chicago, Illinois, U.S.A. locum habuit, ubi ipse in Sectione Orientali non de alia re lingua latina sermonem tenebat, quam de « Missionibus inter dissidentes s. d. « orthodoxos ». Sic ardebat cor eius desiderio, ut omnes dissidentes cum una sancta Romana Catholica Ecclesiae unirentur.

Non est mirum, si de tali Viro non dubitavit suo tempore testimonium reddere Archiepiscopus Metropolita Leopoliensis ucrainorum Andreas Szeptyckyj, S. Basilii Magni Ordinis praeclarissimus filius apostolusque S. Unionis immortalis memoriae hisce in terminis: « Sanctae recordationis Archiepiscopum Matulewicz Georgium inde ab annis noveram. Magnopere semper aestimabam magnam eiusdem cordis latitudinem ingeniumque perspicax et supernaturaliter elevatum, quo excellebat. In omnibus plenus erat spiritu evangelii. Praeterea erat vir semper boni consilii, qui etiam in difficillimis causis, quae nationes saepe dividunt, viam supernaturalis amoris proximi inveniebat. Post eius mortem quae mihi quoque verum sustulit amicum, in orationibus meis potius ad eum recurro eiusque orationes rogo, quam eius animam Domino commendo » (Leopoli, 12 Iunii 1933).

Haec sanctitatis fama, tantae auctoritatis testimonio Archiepiscopi Szeptyckyj, comprobata, etiam nunc, post triginta annos a morte Servi Dei

Georgii, non cessat, sed in dies continuo magis magisque crescit, et plurimi fideles, praesertim inter lituanos, ad eius intercessionem recurrere student et per eius intercessionem gratias ac favores recipere feruntur.

Quapropter infrascriptus firmiter confidens, glorificationem Servi Dei Georgii vel maxime profuturam tum ad Dei maiorem gloriam, tum ad Sanctae Ecclesiae bonum promovendum, humillime adprecatur, ut Sanctitas Vestra votum expositum benignissime excipere et exaudire dignetur.

Sanctitatis Vestrae

humillimus, obedientissimus, devotissimus
famulus et filius
† Ioannes Bucko,
Archiepiscopus tit. Leucadensis
Visitator Apostolicus pro fidelibus Ukrainis in regionibus Europae Occidentale degentibus

Alias miserunt postulatorias litteras:

12. — *Exc.mus ac Rev.mus D. Guido Aloysius Bentivoglio, Archie.pus Catanensis.*

13. — *Exc.mus ac Rev.mus D. Carolus De Ferrari, Archiep.pus Tridentinus.*

14. — *Exc.mus ac Rev.mus D. Salvator Boccarini, Archiep.pus Capuanus.*

15. — *Exc.mus ac Rev.mus D. Natalis Mosconi, Archiep.pus Ferrariensis.*

16. — *Exc.mus ac Rev.mus D. Aegidius Bignamini, Archiep.pus Anconitanus.*

17. — *Exc.mus ac Rev.mus D. Nicolaus Margiotta, Archiep.pus Brundusin.*

18. — *Exc.mus ac Rev.mus D. Josephus Zaffonato, Archiep.pus Utinen.*

19. — *Exc.mus ac Rev.mus D. Didacus Venini, Archiep.pus tit. Adanen.*

20. — *Exc.mus ac Rev.mus D. Salvator Baldassari, Archiep.pus Ravennaten.*

21. — *Exc.mus ac Rev.mus D. Angelus Rossini, Archiep.pus Amalphitanus.*

22. — *Exc.mus ac Rev.mus D. Bernardus Flanagan, E.pus Norvicen.*

23. — *Exc.mus ac Rev.mus D. Josephus Pronti, E.pus Nucerinus.*

24. — *Exc.mus ac Rev.mus D. Josephus P. Gagner, O. P. E.pus Alexandrinus.*

25. — *Exc.mus ac Rev.mus D. Iosephus Placidus Niccolini, E.pus Assisiensis.*

26. — *Exc.mus ac Rev.mus D. Franciscus Niccoli, E.pus Collensis.*

27. — *Exc.mus ac Rev.mus D. Gillas Vincentius Gremigni, E.pus Novaren.*

28. — *Exc.mus ac Rev.mus D. Aloysius Faveri, E.pus Tiburtinus.*

29. — *Exc.mus ac Rev.mus D. Orestes Rauzi, E.pus Auxil. Tridentin.*

30. — *Litterae Exc.mi ac Rev.mi D. Caesarii D'Amato, Ep.pi tit. Sebastien.*

Beatissime Pater,

Hodierno tempore, quo innumeri Sacrosanctae Christi Ecclesiae inimici insidias christifidelibus undique tendunt et vesano ausu praesertim Ordines Religiosos appetunt illosque prorsus pessumdare autumnant, firmum certe validumque contra improbos munimen et efficax ceteris christianis solamen erit, inclyta hominum merita perpendere, quae ipsi, singulari gratia, vitam et actiones iuxta Salvatoris exemplum atque doctrinam componentes, sunt adepti.

Ad huiusmodi praeclaros viros sane adnumerandum esse censeo Servum Dei Archiepiscopum Georgium Matulewicz-Matulevicius, Reformatorem et Superiorem Generalem Congregationis CC. RR. Marianorum et Fundatorem Congregationis Sororum ab Immaculata Conceptione, cuius beatificationis Causa, Processibus Ordinariis absolutis, iam ad Sacram Rituum Congregationem est delata.

Ipse enim ex humili quidem agricolarum familia in Lituania ortum habuit (1871), ingenio tamen non communi et indole bona a Deo dotatus fuit. Iam ab iuvenilibus annis militiae ecclesiasticae se consecrare in animo habuit. Non parvis superatis obstaculis, votis compos factus est. Et studiis maxima cum laude peractis ac sacerdotio auctus, ad salutem animarum promovendam indefesso et constanti se accinxit labore.

Mirum est, quanta in decursu suae apostolicae activitatis (1902-1927) Servus Dei Georgius perfecerit, tum qua magister in ecclesiasticis institutis, tum qua sociologus inter operariorum et studiosorum coetus, tum qua moderator spiritus in via perfectionis incedentium, tum demum qua

Episcopus Vilnensis et Visitator Apostolicus in Lituania.

Sed omnium memorandum opus est reformatio antiqui Ordinis et novae Congregationis religiosae fundatio. Etenim Servus Dei Georgius ad altiora se vocatum sentiens, magna animi fortitudine ac audacia, omnibus spretis periculis, Ordinem CC. RR. Marianorum, a civili auctoritate schismatica violenter suppressum (1864), ab omnimoda exstinctione vindicavit, clandestine eumdem reformando, Sancto Papa Pio X approbante (1910); anno vero 1918 novam Sororum Congregationem fundavit in Lituania, quae puellarum bono, praesertim pauperum, consuleret.

Cum autem non solum eximia opera Servi Dei Georgii, sed etiam eius virtutum et sanctitatis fama large lateque testetur de admirabili eius vita, cumque plurimi fideles, praesertim lituani, recurrant ad eius intercessionem et favores ac gratias a Deo impetrare dicantur, quapropter, infrascriptus, instanter, instantius et instantissime petit, ut Sanctitas Tua consuetam Introductionis Causae Commissionem supremo Suo iudicio signare benigne dignetur.

Sanctitatis Tuae

Die 2.a Sept. 1957

obedientissimus et addictissimus
famulus et filius

L. ✠ S. † Caesarius D'Amato O.S.B.
Episcopus tit. Sebasten. in Cilicia
Abbas Ordinarius S. Pauli

NUM. III

Moderatores Gen.les Ordinum Religiosorum

31. — *Litterae Rev.mi P. Ladislai Mroczek, Superioris Gen.lis Congr.nis CC. RR. Marianorum.*

Beatissime Pater,

Sanctae actuosissimaeque vitae curriculum Famuli Dei Georgii Matulewicz-Matulevicius praeclarum omnium virtutum nobis praebet exemplum, quamvis ab adolescentia infirmus corpore, fortis tamen ac indefessus promptusque spiritu constanter exstitit.

Piis honestisque ortus parentibus (13.IV. 1871), ultimus ex octo liberis, patre est orbatus vix puer trium annorum. Materno cum lacte timorem Domini suxit, sed decem agens annos matre quoque orphanus est factus.

Alter Divus Petrus Damiani, Georgius sub potestate fratris natu maioris redactus, primis rudimentis vix exceptis studiisque classicis aegrotans nondum absolutis, ad agrestes se dare labores est destinatus. Humilis ac docilis obedivit, dum ad sacerdotium vocationem in corde praesentiebat et pius firmiter sperabat.

Duodeviginti annos natus, fratre consobrino et avunculo adiuvantibus, studiis humanioribus completis, anno 1891 Seminarium ingressus, pietate, sedulitate et morum integritate enituit. Sacris disciplinis tam persedulo studuit, ut theologiae Magister summa cum laude cum nota « primus » renuntiaretur ac dein doctorali laurea maximis suffragiis cum nota « praeclarissime » condecoraretur.

Zelo divinae gloriae succensus institutioni juventutis, animarum curae se dicavit et operariorum quaestiones christianis sociologiae principiis explanare illustrareque sategit.

In Academia ecclesiastica Petropoli prius sociologiam ac dein theologiam competenter ac scite docuit insimulque, quin quiesceret, Ordinem Clericorum Regularium Marianorum ab Immaculata Conceptione iniquis gubernii legibus suppressum et tunc iam se extincturum prudentissime instaurare aggressus est et a morte vindicavit (1909). Maiore perfectione et religiosa vocatione percupidus eamdem amplexus est Religionem, cui maximum dedit incrementum, et munere Moderatoris Generalis usque ad mortem sapientissime functus est.

Interea maiora eidem concredita fuere munera et officia indeque maiora sibi comparavit merita ac fulgentiores enituerunt eius virtutes. Dum equidem Consodales Marianos in America Septentrionali, Polonia, Lituania, Lettonia dilatabat firmabatque et Sorores Pauperum Lituanas ab Immaculata Conceptione B. V. Mariae excitabat ac formabat, Dei Famulus, anno 1918, Episcopus Vilnensis est electus et Kalendis decembris, Kaunae, consecratus.

Vere Pastor bonus, Christi vestigia secutus, heroica caritate omnes amplexus est, omnia omnibus factus, ut omnes Deo lucraretur. Attamen, politicis ac nationalisticis factionibus exardescentibus, plura valde ardua ac adversa patientissime pertulit. Ubi iniuria et malignitas magis abundarunt, ibi in Dei Famulo caritas, benignitas, longanimitas, misericordia, patientia, suavitas ac una cum iustitia fortitudo magis superabundarunt. Mori paratus pro ovibus suis, septem per annos Vilnensem gubernavit Ecclesiam et omnibus pastoralibus officiis perfungi indefesse studuit.

Concordato autem inito Gubernium Polonum inter et Apostolicam Sedem et Vilnensi dioecesi ad

Petropolitanam sedem evecta (1925), Servus Dei prudenter humiliterque Summum Pontificem Pium XI f. r. rogavit, ut renuntiationem excipere dignaretur. Ingeminatae eius preces iustis rationibus roboratae exauditae fuere (Julio mense 1925).

Paucis tamen elapsis mensibus, Archiepiscopus tit. Adulitanus nominatus et qua Visitator Apostolicus in Lituaniam missus est mentes valde excitatas placare, quaestiones conciliaturus auctoritates civiles inter et ecclesiasticas acriter discrepantes.

Munus suum feliciter absolvit: Provinciam Ecclesiasticam regionis Lituanae quinque sedium episcopalium cum Metropolitana Kaunae disposuit, novos proposuit Praesules et totum negotium descriptum exhibuit, quod Sancta Sedes approbavit et ad rem Constitutionem Apostolicam « Lituanorum gente » die 4 Aprilis 1926 emanavit, executore in personam ipsius Servi Dei designato.

Jugiter indefessus ad Congressum Eucharisticum internationalem mense Iunio 1926 Chicagiae, celebratum cucurrit et sermonem habuit « De missionibus inter Russos orthodoxos ». Lituanos praeterea immigratos ad fidem catholicam firmiter tenendam hortatus, rediit Lituaniam, ibique alias discrepantias inter gubernium et Episcopos prudentissime composuit, lineas Concordati, Praesulibus adprobantibus, die 20 Ianuarii 1927, Romam misit, de sua omnino absoluta missione significatione addita.

Subsequente die, doloribus abdominalibus et appendicite acuta perforata correptus est; morbo a medentibus diagnosticato, patientissime interventum subiit chirurgicum, atque, implicationibus supervenientibus, Sacramenta rogavit ac pientissime suscepit, Divinae voluntati perfecte resignatus, suos Consodales ad unionem ac ad spi-

ritum sacrificii hortatus, suam actuosissimam sanctamque vitam vere sancta conclusit morte.

Dum viveret, ob eius opera et praeclaras virtutes omnibus exemplo ac aedificationi fuit atque sanctitatis fama cohonestatus. Post obitum sanctimoniae aestimatio ubique sponte aucta est et hactenus in dies augetur, eius patrocinium invocatur et plures mirae sanationes, Christi Famulo suffragante, obtentae feruntur.

Quare, Beatissime Pater, omnibus CC. RR. Marianis, meis dilectissimis Consodalibus, humillime exposcentibus et eorum nomine, Sanctitatem Tuam instanter, instantius et instantissime adprecor, ut Commissionem Introductionis Causae Famuli Dei, ad maiorem Dei gloriam et ad religionis incrementum, quam citius signare dignetur.

Apostolicam benedictionem pro universa Congregatione CC. RR. Marianorum ab Immaculata Conceptione B. V. M. ac pro singulis meis Consodalibus suppliciter implorans, me profiteri laetor

Sanctitatis Tuae

obedientissimum, humillimum ac devotissimum famulum et filium in Christo et Maria

P. Ladislaum Mroczek, M.I.C.

Superiorem Generalem Congregationis CC. RR. Marianorum

Romae, die 31 Maii 1956 an.

32. — *Litterae Rev.mi P. Alfonsi M. Montà Prioris Gen.lis Ordinis Servorum Mariae.*

Beatissime Pater.

Dominus, qui numquam sua gubernatione destituit quos in solidate suae dilectionis instituit,

Servum Suum Georgium Matulaitis, singulari Bonitate ac Providentia est prosecutus quem flagrantissimo in Deum et in Virginem Immaculatam ardore incensum novimus.

Is, ex humilibus catholisque parentibus ortum habuit anno 1871, in una ex Lituaniae paroeciis, in pago « Mariyampolé », quae Congregationi Clericorum Regularium Marianorum ab Immaculata B. Virginis Conceptione, illo tempore concredita erat.

Pietatem in Deum ac Deiparam, quam inde usque ab infantia a piis parentibus hauserat, summopere coluit. Dignus propterea a Deo habitus est qui inaestimabili gratia sacerdotalis vocationis donaretur atque ad apostolicum munus exercendum non modo in Lituania, sed etiam in Polonia ac Russia destinaretur, ubi civiles discordiae saeviebant, et catholici, a publica auctoritate afflicti atque insidiis acatholicorum obnoxii, in magno amittendae fidei periculo versabantur.

Divina tamen Servi Dei vocatio haud paucas nacta est difficultates, cum ex fratre natu maiore, qui amissi patris potestatem sumpserat, tum ex gravi morbo, i. e. phthisi ossea. Sed omnia invenis animi constantia ac Dei gratia superavit.

Postquam vero litterarum studia primum in patria apud Marianos Patres, deinde in Seminariis Poloniae in Kielce et Varsaviae perfecit, anno 1895, de Episcopi mandato, Academiam Romanam Catholicam Ecclesiasticam Petroburgensem adivit, et apud eam Sacrae Theologiae Magister summa cum laude primus omnium est renuntiatus. Die vero 31 Decembris 1898 sacerdotium faustissime auspicatus est.

Quae autem Servus Dei egerit ad christianam perfectionem assequendam, quantopere animarum saluti et Ecclesiae bono, pro sua prudentia animique constantia, prospexerit, in acerbis

illis rerum adiunctis, pro populis Lituaniae, Poloniae ac Russiae, certis probatur documentis.

De virtutibus theologalibus et cardinalibus eisque adnexis ab eodem Servo Dei in gradu heroico excultis, iudiciali forma exponunt testes in Processu Informativo advocati. Unum praesertim, ego, Familiae Servorum Beatae Mariae Virginis Moderator, signanter notare cupio: ipsum nempe de religiosis illis familiis quae pietatem erga Virginem Immaculatam singulariter prosequuntur, eandemque in fidelibus quoque omnimode fovendam curant, maxime meritum esse.

Ipse enim, cum Congregatio Clericorum Regularium Marianorum, ob clausas domos, dispersos fratres, novitiorumque acceptationem prohibitam, iam a civili auctoritate suppressa, canonice etiam extingui videbatur, illam ingressus est atque, protectione Beatae Virginis Immaculatae fretus, eandem Congregationem, habitu et Constitutionibus commutatis, in exteris nationibus propagavit, novoque sanctitatis et operum incremento vigentem reddidit. Iure igitur meritoque alter Clericorum Marianorum Pater ac propagator insignis habetur.

Praeterea idem Dei Servus, pro sua in Deiparam pietate atque in pauperes misericordia, Congregationem Sororum Pauperum ab Immaculata Conceptione condidit, quae, mirifice aucta, Beatae Virginis cultum atque animarum bonum summopere persequitur.

Quorum omnium causa, ego, totius Ordinis Servorum Mariae nomine, cum Servum Dei Georgium Matulaitis, praeclarum Mariae Apostolum in illis catholicae Ecclesiae regionibus quae adhuc iniqua auctoritate vexantur, evidenter agnoscam, Sanctitatem Tuam enixe adprecor ut Commissionem Introductionis Causae Beatificationis eiusdem Servi Dei benigne signare dignetur.

Ideo spem habeo ut Dei Famulus altarium honoribus cumuletur, atque illarum Gentium advocatus exsistat pro quarum salute maxime impendit operam.

Tuis sanctissimis Pedibus provolutus, Apostolicam Benedictionem enixe imploro.

Datum Romae, die 31 Augusti 1957.

Sanctitatis Tuae

humillimus et oboedientissimus servus

L. ✠ S. fr. Alphonsus M. Montà

Prior Generalis

33. — *Litterae Rev.mi P. Michaëlis Browne, Ministri Generalis O. Praedicatorum.*

Romae, 29 octobris 1957.

Beatissime Pater,

Nostris diebus, quibus innumeri Ecclesiae inimici insidias christifidelibus undique tendunt et vesana manu pessumdare autumnant, efficax solamen erit, inclyta hominum merita perpendere, quae ipsi, singulari gratia, vitam et actiones iuxta Salvatoris exemplum atque doctrinam componentes, sunt adepti. Quos inter admunerandum esse videtur Servum Dei Archiepiscopum Georgium Matulewiez-Matulevicius, Reformatorem et Superiorem Generalem Congregationis CC. RR. Marianorum et Fundatorem Congregationis Sororum ab Immac. Conceptione, cuius Causa iam ad Sacram Rituum Congregationem est delata.

Humili quidem agricolarum familia in Lituania exhortus, jam ab juvenilibus annis militiae ecclesiasticae consecratus, studiis peractis ac sacerdotio auctus, ad salutem animarum promovendam indefesso et constanti se accinxit labore.

Suae apostolicae activitatis in decursu, quanta Servus Dei perfecerit, tum qua magister, tum qua sociologus, tum qua spirituum moderator, tum denique qua Vilnensis Episcopus ac in Lituania Apostolicus Visitator, experti sunt omnes; attamen omnium permemorabile reformatio Ordinis antiqui novaeque Congregationis fundatio religiosae exsistit, iuxta Sancti Pii X beneplacitum et Ecclesiasticae auctoritatis permissum.

Cum autem non modo Servi Dei Georgii eximia opera, sed virtutum sanctitatisque etiam fama large lateque testetur de laudabili eius cursu, infrascriptus humiliter petit ut Sanctitas Tua consuetam Introdutionis Causae Commissionem supremo Suo iudicio signare benigne dignetur.

Sanctitatis Tuae

obоedientissimus filius et famulus
fr. Michaël Browne O. P.
Magister Generalis

Alias dederunt Postulatorias Litteras

34. — *Rev.mus P. Angelicus Lazzeri, Vicarius Generalis O. F. M.*

35. — *Rev.mus P. Victorius Constantinus, Minister Generalis O. F. M.*

36. — *Rev.mus P. Paulus Myskiw, Superior Generalis Ordinis Basiliani S. Josaphat.*

37. — *Rev.mus P. Anastasius a SS.mo Rosario, Praepositus Generalis Ordinis Fratrum Carmelitarum Discalceatorum.*

38. — *Rev.mus P. Nicolaus ab Assumptione, Vicarius Generalis Ordinis SS. Trinitatis.*

39. — *Rev.mus P. Bonaventura Schweizer, Superior Generalis Societatis Divini Salvatoris.*

40. — *Rev.mus P. Joannes B. Vinci, Rector Generalis Ordinis CC. RR. a Matre Dei.*

41. — *Rev.mus P. Benignus a S. Hilario Milanese, Minister Gen.lis O. F. M. Cap.*

42. — *Rev.mus P. Vincentius Tomek, Praepositus Gen.li Ordinis CC. RR. Pauperum Matris Dei Scholarum Piarum.*

43. — *Rev.mus P. Malcolm a Maria, Praepositus Gen.lis Congr.nis. Clericorum excalceatorum SS.mae Crucis et Passionis D. N. J. C.*

44. — *Rev.mus P. Gulielmus Gaudreau, Rector Marior Congr.nis SS.mi Redemptoris.*

45. — *Rev.mus P. Wilfridus Dufault, Superior Gen.lis Piae Societatis Presbyterum ab Assumptione.*

46. — *Rev.mus P. Godefridus Spiekman, Superior Gen.lis Congr.nis Presbyterorum a SS.mo Sacramento.*

47. — *Rev.mus P. Joannes S. Mix, Praepositus Gen.lis Cong.nis a Resurrectione D. N. J. C.*

48. — *Rev.mus P. Joannes Castelli, Superior Gen.lis Piae Societatis S. Francisci Xaverii pro exteris Missionibus.*

49. — *Rev.mus P. Albinus Fedrigotti, Praefectus Gen.lis Piae Societatis Salesianae.*

50. — *Litterae Rev.mi P. M. Bonardi, Prioris Gen.lis Ordinis Hospitalarii S. Joannis de Deo.*

Beatissimo Padre,

A nome dell'Ordine Ospedaliero di San Giovanni di Dio, che il Signore ha affidato, in questo periodo, alle mie deboli forze, umilio alla Santità Vostra la filiale supplica di volersi degnare di segnare la consueta Commissione per l'Introduzione della Causa di beatificazione del Servo di Dio arcivescovo Giorgio Matulaitis, la cui fama di santità è largamente diffusa, ed al quale vengono attribuiti molte grazie e segnalati favori celesti, ottenuti dai fedeli, specialmente lituani, che ricorrono alla sua intercessione presso Dio.

Il Servo di Dio, infatti, riformatore e Superiore Generale della Congregazione dei Chierici Regolari Mariani e fondatore della Congregazione delle Suore dell'Immacolata Concezione, fu una figura apostolica di primo piano nelle ardue vicende che travagliarono la Lituania.

Eroico sia nella pratica delle virtù cristiane, sacerdotali ed episcopali, che nella totale dedizione per la Chiesa e per le anime e nella costante fedeltà ed assoluta obbedienza alla Sede Apostolica, fatta segno alle persecuzioni del materialismo e dell'ateismo imperante, il Servo di Dio preparò così le popolazioni della sua cara patria e della sua diletta archidiocesi ai gravi sacrifici richiesti per la difesa della verità e per l'auspicata unione dei fratelli separati nell'unico Ovile di Cristo, sotto il medesimo Supremo Pastore.

Il fecondo apostolato per la conversione della Russia, iniziato dal Servo di Dio e continuato alacremente dai suoi Figli spirituali, troverà la più bella conferma e la più potente spinta a nuove iniziative, nella sua desiderata beatificazione.

L'Ordine Ospedaliero di San Giovanni di Dio ha, inoltre, un motivo tutto particolare di affrettare con voti e preghiere tale esaltazione, avendo le sue fiorenti Comunità religiose dei Paesi d'oltre cortina sofferto le dolorose vicende del secondo conflitto mondiale e la tempestosa dispersione della persecuzione.

Interprete, quindi, dei desideri di tutti i miei Confratelli, specialmente di quelli che conobbero per amore di Cristo e del prossimo la solitudine e il martirio dei campi di concentramento, rinnovo, Beatissimo Padre, la supplica che venga presto introdotto il Processo Apostolico del Servo di Dio Mons. Giorgio Matulaitis, mentre, per me, per il mio Ordine e per gli Infermi dei nostri Conventi-Ospedali, imploro una specialissima Benedizione Apostolica.

L. ✠ S. Mario Bonardi, *Priore Generale*

Roma 14 dicembre 1957.

NUM. IV

Sacerdotes et Fideles Lituani in exilio

---

51. — *Litterae RR. DD. Unionis Cleri Lituani.*

Beatissime Pater,

Infrascripti moderatores « Unionis Cleri Lituani », quae in Statibus Federatis Americae Septentrionalis et in regione Canadensi constituta quingentos circiter sodales recenset sacerdotes; qui omnes toto corde uniti, una cum innumeris christifidelibus lituanis immigratis, qui heic in propriis quoque paroeciis reguntur, ad pedes Sancti-

tatis Tuae provoluti, humillime efflagitant, ut Commissionem Introductionis Causae Beatificationis Servi Dei Georgii Matulewicz-Matulevicius, Archiepiscopi tit. Adulitani, quam citius signare digneris.

Praeclarus ille vir, Luginé prope Marijampolé in Lituania natus anno 1871, a primo aetatis flore iam pietate, humilitate ac sedulitate eminuit. Vix decennis orbatus parentibus, vocationem ad sacerdotium persentiens haud levia passus est obstacula. In Deo confisus, eius patrueli fratre adiuvante, studiis vacare potuit, doctrina et virtutibus tam profecit, ut sacrae Theologiae Magister et Doctor « summa cum laude » primus et « praeclarissime » ipse renuntiatus fuerit insimulque condiscipulis et moderatoribus aedificationi et exemplo extiterit.

Sacerdotio auctus anno 1898, nullis pepercit laboribus et industriis pro animarum salute promovenda, clericis praesertim scite erudiendis et recte formandis. Desiderio maioris perfectionis succensus, Ordinem Clericorum Regularium Marianorum a civili potestate russa suppressum et fere extinctum clandestine amplexatus est, eumdemque a fundamentis instauravit, novis regulis firmavit ac dilatavit. Ut puellarum bono consuleret, Congregationem Sororum ab Immaculata Conceptione instituit in Lituania; quaeque ambae Congregationes transplantatae trans Atlanticum mare, magno cum fructu pro salute animarum inter immigratos lituanos operam suam exercent.

Insuper qua Episcopus Vilnensis (1918-1925) heroico flagravit zelo, itemque heroica caritate aliisque virtutibus praefulsit. Qua autem Visitator Apostolicus in Lituania (1925-1927) mira praeditus prudentia apparuit, nam ardua inter auctoritatem civilem et Ecclesiam Catholicam composuit negotia, lineamenta Concordati Sanctae Sedi exhibuit et, omnibus consentientibus, Provinciam

Ecclesiasticam Lituanam instituendam summa ope curavit.

Semel et iterum nos emigratos lituanos visitavit et ex abundantia cordis ad fidem, caritatem in Deum et ad fidelitatem Ecclesiae Catholicae servandam fovendamque hortatus est. Ubique maximam excitavit admirationem et ab omnibus magna in veneratione est habitus.

Anno tandem 1927, morbo ferme repentino correptus, Sacramentis devotissime susceptis, eximia fama sanctitatis cohonestatus, sanctam vitam sancta conclusit morte.

Apud omnes percrebuit eius sanctimoniae fama et augetur adhuc in dies atque plurimae gratiae et plura miracula per intercessionem Servi Dei impetrata feruntur.

Iuridicis inquisitionibus in Processu Ordinario Informativo iam expletis, modo superest, ut Sanctitas Tua Commissionem Introductionis Causae tanti viri signare dignetur.

Hanc enixis precibus adprecamur gratiam atque pro omnibus fidelibus christianis lituanis Apostolicam suppliciter imploramus Benedictionem.

Sanctitatis Tuae laetamur profiteri addictissimos, humillimos et obedientissimos filios

Josephum G. Cepukaitis
Praesidem Unionis Cleri Lituani
Michaël Razaitis
Secretarium Unionis Cleri Lituani

Die 10 mensis Novembris,

anno 1956.
Philadelphia, Pa.
U.S.A.

Alias Postulatorias Litteras miserunt

52. — *Sacerdotes et fideles Coloniae Lituanae Portlandensis in Oregon S. U. A. cum triginta et sex subscriptionibus.*

53. — *Ill.mus D. Ignas Lapsys.*

NUM. V

Moderatrices Generales Religiosarum

54. — *Litterae Rev.mae Superiorissae Gen.lis Sororum ab Immaculata Conceptione Virginis Mariae.*

le 20 septembre 1958

Très Saint Père,

Prosternées aux pieds de Votre Sainteté, nous unissons nos voix à celles des Pères Mariens pour solliciter instamment l'introduction de la cause du grand Serviteur de Dieu l'Archevêque Georges Matulewicz-Matulevicius devant la Sacrée Congrégation des Rites.

Ce Serviteur de Dieu a en effet servi l'Eglise de façon meritoire. Son zèle sacerdotal et apostolique pour la gloire de Dieu et le salut des âmes comme maître, pedagogue et évêque était remarquable. Ce qui touche nos coeurs specialement à son egard est pourtant le fait qu'il a été notre fondateur, qu'il a écrit nos Constitutions, les premières qui aient été écrites d'après le nouveau Code de Droit Canon. En plus, dès le début de notre Congrégation jusqu'à sa mort il n'a cessé

de s'occuper de nos affaires, surtout spirituelles. Par ses lettres et ses visites occasionelles il a encouragé l'épanouissement de notre Congrégation, donné des conseils, des ordres et d'autres instructions nécessaires ou utiles.

Ainsi la Congrégation que le Serviteur de Dieu avait fondée pouvait faire des progrès et même après sa mort continuer sur la voie qu'il avait tracée.

Depuis sa fondation en 1918 jusqu'à l'invasion Communiste en 1940 la Congrégation a étendu ses activités sur tous les dioceses de la Lithuanie. En ce temps-là elle avait déjà 17 maisons, 128 soeurs professes, 23 novices et 20 postulantes.

L'apostolat des soeurs comprenait le soin des personnes agées, des malades et des pauvres, l'éducation des enfants et des jeunes filles, l'Action Catholique, la presse, etc....

Après l'occupation de la Lithuanie, la Congrégation ayant été supprimée par le gouvernement Communiste, elle n'a pas cessé d'exister; 42 soeurs continuent sa tâche selon les mêmes lignes aux Etats-Unis et au Canada.

Toutes ces activités sont dues aux mérites du Serviteur de Dieu, non seulement à cause de la fondation, mais bien plus à cause de sa noble personnalité, ses éminentes vertus, son zèle infatigable pour la gloire de Dieu et le salut des âmes qui sont comme un phare pour ses filles spirituelles, une exhortation constante à faire autant qu'il avait fait lui-même: se sacrifier pour le Christ et pour son Eglise.

Nous sommes profondément convaincues que son exemple et son exhortation au sacrifice seraient d'autant plus effectifs, si le Serviteur de Dieu l'Archevêque Georges Matulevicius était élévé a l'honneur des autels. Ainsi nous pourrions l'honorer comme notre saint patron et nous inspirer de sa sainte vie.

Votre Sainteté en accédant à nos humbles supplications et à celles qui Lui parviennent de toutes parts, comblera de joie les coeurs dévoués à la Sainte Eglise et Elle donnera un puissant encouragement aux âmes religieuses dans leur vie de travail et de prière.

En implorant votre Bénédiction Apostolique, Très Saint Père, nous prions Dieu qu'il conserve, protège, console et soutienne Votre Sainteté et nous protestons de notre inviolable attachement à Votre Auguste Personne, dont nous serons toujours.

Très Saint Père.

les humbles et obéissantes filles et servantes
Soeur M. Aloisa
L. ✠ S. *Supérieure Régionale*

Similes Postulatorias Litteras dederunt

55. — *Rev.ma Mater M. Loyola, Superiorissa Gen.lis Sororum S. Francisci a Providentia Dei.*

56. — *Rev.ma Mater M. Coecilia, Moderatrix Gen.lis Sororum Jesu Crucifixi et Matris Perdolentis.*

57. — *Rev.ma Mater M. Adorata, Superiorissa Sororum a S. Casimiro.*

Die 5 Martii 1960

(Tab. nn. 415 r - 829 c)
Romae, die 6 maii a. 1960

REVISA
NICOLAUS FERRARO, S. R. C. Adsessor
Fidei Sub-Promotor Generalis

SACRA RITUUM CONGREGATIONE
CARDINALI EUGENIO TISSERANT, PONENTE

ROMANA seu KAUNEN.

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS
SERVI DEI

Georgii Matulewicz - Matulevicius
SEU
Matulaitis

ARCHIEPISCOPI TIT. ADULITANI
REFORMATORIS CONGR.NIS CC. RR. MARIANORUM
ET FUNDATORIS
CONGR.NIS SORORUM AB IMMACULATA CONCEPTIONE

Summarium ex officio super scriptis

Prospectus curriculi vitae Servi Dei

In pago vulgo Luginė in Lituania, a piis honestisque parentibus, Andrea *Matulaitis* et Ursula Matulis, die 13 aprilis anni 1871, natus est Dei Famulus, qui die 20 eiusdem mensis, baptismali aqua ablutus et Georgius Boleslaus appellatus est.

A teneris annis fervida enituit pietate et materno cum lacte timorem Dei suxit.

Vix tres annos natus, anno 1874, patre, et, anno 1881, matre quoque est orbatus. Germanus eius maior natu, qua tutor, sat dure eum egit. Gymnasialibus enim expletis studiis, cum exili videretur valetudine, frater putavit ad sanitatem Servi Dei magis labores agrestes quam studia fore facturos.

Derelictis itaque studiis, vitam aggredi rusticam coactus est Georgius, qui iam septemdecim aetatis agebat annos et vocationem ad statum ecclesiasticum in corde suo persentiebat.

Anno 1891, aetatis suae vigesimo, auxiliante patruele, in dioeceseos Kielcensis seminario exceptus est; ibique, studiorum causa et attentis circumstantiis peculiaribus illius temporis, Servus Dei cognomen « Matulewicz » vel « Matulevicius » sumere coactus fuit; duobus elapsis annis, ad seminarium Varsaviense missus est, et, cum magna vi ingenii et sedulitate emineret, anno 1895, admissus est in Academia Romano-Catholica Ecclesiastica Petersburgensi, et inibi, anno 1899 *Sacrae Theologiae Magister summa cum laude cum nota primus* est proclamatus.

Die 20 Novembris 1898, sacerdotio est auctus, atque, assentiente Episcopo, ad Helvetiam se contulit, Universitatem frequentavit et in Sacra Theologia Doctor plenis cum votis et laude renuntiatus est.

Ad dioecesim Kielcensem reditus, in seminario ius canonicum et idioma latinum docuit.

Cum gravi afficeretur morbo, in nosocomio Varsaviensi pro pauperibus exceptus, dein a Sororibus a S. Corde Jesu maxima caritate curatus est. Recuperata valetudine, gratum Sororibus ostendit animum in docendo religionem adolescentulas educandas.

Varsaviae, pro operariis, studentibus universitariis et sacerdotibus societates instituit et de quaestionibus socialibus habuit conferentias.

Anno 1907, ad Academiam Ecclesiasticam in Petersburg (Russia) accitus et prius Sociologiam et dein Theologiam dogmaticam edocuit.

Interea, cum iamdiu vocationem coluisset religiosam ad maiorem sibi comparandam perfectionem, Ordinem CC. RR. Marianorum, a gubernio civili supressum, instaurare cogitavit et clandestine reformare incepit. Venia ab Ordinaria et Apostolica auctoritate rite impetrata, anno 1909, vota religiosa nuncupavit, novas Constitutiones conscripsit, quas Sanctus Pius Papa X, per decretum diei 28 novembris 1910 approbavit, atque alios confratres in eadem Academia Ecclesiastica formavit.

Anno 1911, vita functo superstite Moderatore Generali, Dei Famulus a duobus novis professis electus est ad munus Superioris Generalis.

Prudentissime itaque censuit renuntiare officiis Academiae atque in Helvetiam se contulit et inibi, Friburgi, domum Novitiatus aperuit et plures excepit sacerdotes ad vitam religiosam vocatos.

Anno 1913, sacerdotes lituanos in America Septentrionali visitavit et Chicagiae instituit novitiatum.

Anno 1914, exercitia spiritualia ad clerum in Lituania praedicavit.

Anno 1915, aliam domum pro novitiis in Polonia fundavit prope Varsaviam.

Anno 1918, domum Novitiatus in civitate vulgo Marijampole in Lituania instauravit et plures tirones excepit.

Eodem anno Congregationem Sororum pro pauperibus ab Immaculata Conceptione fundavit, quam Episcopus Ordinarius die 15 Octobris 1918 approbavit.

Bello inter Russiam et Germaniam finito, die 23 octobris eiusdem anni 1918, a Pontifice Benedicto XV Episcopus Vilnensis nominatus est. Ka-

lendis decembris eiusdem anni, Kaunae, consecrationem suscepit et die 8 eiusdem mensis Cathedralem Vilnensem ingressus est.

Septem annos dioecesim et civitatem Vilnensem, variis vicibus politicis subiectam, maxima prudentia rexit.

Anno 1925, Poloniam inter et Sedem Apostolicam concordato inito, per quod Sedes Vilnensis ad Metropolitanam Sedem fuit evecta, Dei Famulus, Lituanus, prudenter petiit exonerari, quo facilius novus Archiepiscopus nominaretur. Pontifex Pius XI renuntiationem acceptavit et Kalendis Septembris 1925 Archepiscopum tit. Adulitanum nominavit, et eodem anno Visitatorem Apostolicum in Lituaniam misit.

Inibi schema Provinciae Ecclesiasticae Lituanae praeparavit, quam Sedes Apostolica anno 1926 per Constitutionem « Lituanorum gente » creavit. Denique exemplar Concordati composuit, quo melius relationes inter Gubernium Lituanum et Apostolicam Sedem disponerentur.

Suam Relationem Romam misit, et, dum ipse Urbem petere cogitaret, gravi correptus fuit morbo, Kaunae, atque divinae voluntati resignatus, Sacramentis pientissime susceptis, die 27 ianuarii 1927, suam sanctam actuosissimamque vitam sancta conclusit morte.

Elenchus Scriptorum

A

TRANSCRIPTA DACTYLOGRAPHICE

Numerus Succ. Vol.		Numerus Paginarum
1°	*Latino - Constitutiones Congregationis Clericorum Regularium Marianorum,* ad normas Codicis J. C. revisae et conformatae atque plurimis regulis et salutaribus monitis ampliatae. Vilnae, 1923. Pag. Fol. 97. - Praemittuntur Litterae Circulares datae ab Auctore die 12 Jan. 1924. Vilnae.	104
2°	*Latino - Constitutiones Congregationis Sororum a Sancto Casimiro.* Vilnae. 1924, ad normas Codicis J. C. revisae et adaptatae.	151
3°	*Latino - Instructiones* ad usum Sodalium Congregationis CC. RR. Marianorum compositae.	465
4°	*Latino - Litterae* seu Epistolae, Acta, Documenta etc. ab anno 1902 ad 1927.	524
5°	*Latino - Manuscripta* - transcripta ex chartulis originalibus continentibus materiale asceticum. Volumen I.	367
6°	*Latino - Manuscripta* vol. II, eiusdem argum.	404
7°	*Latino - Manuscripta* vol. III, continens materiale ad Instructiones pro religiosis componendas.	411

Numerus Succ. Vol.		Numerus Paginarum
8°	*Latino - Manuscripta* vol. IV, continens materiam ad Instructionem pro Capitulo Generali et ad Constitutiones pro Sororibus componendas.	423
9°	*Lituano - Diaria* quattuor partibus constantia, scripta inter annos 1910-1925.	283
10°	*Lituano - Epistolae* - numero 294 et alia scripta numero 15, inter annos 1910-1927 composita.	515
11°	*Lituano - Manuscripta* - volumen continet praeter res asceticas etiam linguisticas lituanas.	394
12°	*Polono - Epistolae* - volumen continens 171 epistolas et alia 31 scripta Miscellanea intra annos 1899 et 1926.	348
13°	*Polono - Scripta* seu piae exhortationes in extenso dactylographatae - prolatae ad Sorores Varsaviae anno 1917 (?).	104
14°	*Polono* - Manuscripta vol. I - continet materiam de vita spirituali religiosa.	477
15°	*Polono - Manuscripta* vol. II - continet materiam asceticam tum res pertinentes ad normas iuridicas vitae religiosae.	482

B

TYPIS IMPRESSA

16°	*Latino - Doctrina Russorum de statu iustitiae originalis.* Dissertatio doctoralis. Typis W. L. Alezye et Sociorum Cracoviae. 1903.	236

Numerus Succ. Vol		Numerus Paginarum
17°	*Latino - Institutum Fratrum Marianorum seu Constitutiones* reformatae Congr. CC. RR. Marianorum. Petropoli. 1910. Typis C. Birkenfeld.	60
18°	*Latino* - Constitutiones Congregationis Religiosae Sororum Nominis Jesu sub Patrocinio S. Mariae Fidelium Auxiliatricis.	86
19°	*Latino* - Costitutiones Congregationis Sororum Ancillarum Sacri Cordis Jesu. Varsaviae. Typis Instit. Sales. 1925.	148
20°	*Lituano* - « Keli zodziai musu kunigeliams » seu « Quaedam verba ad nostros sacerdotes » - Articulus publicatus in periodico « Dirva », USA, Shenandoah, Pa., 1903.	27
21°	*Lituano* - 3 Articuli de quaestione sociali publicati in periodico « Draugija », Kaunas, 1909, vol. VII, Nr. Nr. 31-32, pag. 327-384.	58
22°	*Lituano* - 2 Articuli publicati in periodico « Vadovas »: « De cura animarum pastorali in urbibus » et « Impressiones ex itinere in Americam », Seinai, 1911, Nr. 32 et 1913 an. Nr. 62.	17
23°	*Lituano* - Continet ex Libro « Arkiviskupas Jurgis Matulevicius », ed. Marijampole, 1933 reproducta: 1) Sermonem Servi Dei dictum in solemni ingressu in cathedram Vilnensem 8.XII.1918; 2) Litteras Pastorales scriptas die 16 Feb. 1919; 3) Litteras Pastorales datas 8.IX. 1923; 4) Duas allocutiones ad iuventutem catholicam lituanam Kaunae dictas mense Dec. 1925 anni.	16

Numerus Succ. Vol.		Numerus Paginarum
24°	*Lituano* - Constitutiones Sororum Pauperum traductae ex textu latino, Marijampole, 1920, Liet. Knygyne Spaustuve.	64
25°	*Polono* - Articuli publicati in periodico « Maryawita »: 1) de dogmate Immaculatae Conceptionis et 2) critica libri « Kilka mysli o wychowaniu w rodzinie » - Kielce, 1903 et 1904.	10
26°	*Polono* - Articuli publicati in « Enciclopedia Ecclesiastica » sub vocibus: 1) Apologetica, 2) Apologetae, 3) Demokracja Christiana, 4) Ordines (Zakony).	17
27°	*Polono* - In libro « Kursa Spoeczne » publicata relatio Servi Dei lecta in sic dicta « Hebdomada Sociologica », 1907 anno. Varsaviae.	32
28°	*Polono* - In libello « Korespondencja » habentur publicatae 6 epistolae Servi Dei ad Universitatem Vilnensem, anno 1921.	10

FASCICULI DISIUNCTI

1°	*Polon.* - Articulus in ephem. « Pracownik Polski », 1907 an. - « Democratia Christiana ».	7
2°	*Germ.* - Epistola ad sac. L. Kulwiec - 1918	2

I

Votum prioris Censoris Theologi super scriptis, latina lingua exaratis, Servo Dei Georgio Matulewicz - Matulevicius seu Matulaitis tributis.

Ho esaminato gli scritti del Servo di Dio Giorgio Matulewicz-Matulevicius, Arcivescovo tit. di Aduli.

Sono contenuti in 7 volumi dattiloscritti, contrassegnati con i nn. 2, 3, 4, 5, 6, 7, 8, ai quali va aggiunto un volume a stampa.

Esame analitico degli scritti.

1. — Il n. 2 intitolato « Constitutiones Sororum a S. Casimiro » è un volume di pp. 151. E' diviso in due parti: 1) De natura Congregationis et de modo ad ipsam accedendi et in ea vivendi; 2) De regimine et structura Congregationis, con complessivi 622 numeri.

Il Servo di Dio si rivela buon conoscitore del diritto canonico. La stessa struttura degli articoli è modellata sul Codex, del quale introduce molti canoni « ad litteram » nelle Costituzioni. Tutta la materia è divisa con criteri veramente notevoli di armonia e di limpidezza. L'autore doveva essere un uomo molto positivo con una mentalità giuridica raffinata, che inquadra i problemi sui principi classici e conosce tutte le sfumature del diritto e tutte le connessioni con la morale. Queste Costituzioni possono essere un modello di precisione e di equilibrio.

2. — Il n. 3 intitolato « Instructiones » è un volume di pp. 465. E' diviso in 3 sezioni: 1) Ideo-

logia - Indoles (Congregationis); 2) Vita spirituale - Pietatis exercitia: 3) Gubernatio - Disciplina.

Costituiscono una specie di Vademecum o Commentario ascetico alle Costituzioni dei Religiosi Mariani. Qui il giurista diventa il Direttore di spirito, esperto della psicologia umana, conoscitore di tutta la spiritualità cristiana secondo la migliore tradizione, sollecito della santificazione dei suoi figli.

La prima sezione, riguardante l'idea generale e lo spirito della Congregazione, ha ampio respiro e significato dottrinale. Altrettanto si può dire della seconda che si riferisce alla vita spirituale ed agli esercizi di pietà. La terza sezione è per il contenuto molto diversa. Forse le nuocciono un po' gli eccessivi dettagli, i particolari alquanto minuziosi, le indicazioni troppo minute per il buon compimento dei vari uffici necessari ad una casa religiosa; ma ciò dipende dalla psicologia dell'autore e degli immediati destinatari, amanti della precisione e della disciplina rigida, regolatrice di tutti gli atti.

3. — Il n. 4 intitolato « Litterae » è un volume di pp. 524. E' diviso in 3 parti: 1) Lettere scritte durante il suo episcopato a Vilna; 2) Lettere scritte quando fu Visitatore Apostolico; 3) Lettere scritte da Superiore Generale e varie.

Indubbiamente, quest'ampio epistolario è fondamentale per la conoscenza del Servo di Dio. Ogni lettera è un gioiello di prudenza e di buon senso, di rettitudine e di giustizia. L'episcopato gli fu reso difficile dalla situazione politica nella quale venne a trovarsi: animosità di partiti, intrighi governativi, diversità di popolazione e di clero, instabilità di ordinamenti civili ed ecclesiastici nella zona misero a dura prova il carattere e l'intelligenza del Vescovo, il quale ebbe anche il coraggio di rinunziare alla cattedra al-

lorché vide che la sua presenza ed il suo agire pur limpido ed intemerato era di ostacolo alla pacificazione degli animi.

Fu di corta durata il suo episcopato ed il suo ufficio di visitatore apostolico: ma quale complessità di opere e densità di lavoro! Il Servo di Dio fu veramente il ricostruttore della sua diocesi ed esercitò un enorme influsso su tutto il paese. Gli altri Vescovi dovettero riconoscere la superiorità morale e l'alto senso di equilibrio di colui che, fedelissimo alle disposizioni e al pensiero di Roma, sapeva agire con tatto e con gradualità nell'interesse della nazione, vedendo i problemi nella loro complessità e in tutte le loro eventuali conseguenze.

Le lettere trattano gli argomenti più vari: richieste di dispense alle Congregazioni Romane, rapporti speciali alla S. Sede, informazioni riservate prima al Nunzio Ratti e poi al Nunzio Lauri, relazioni alla Congregazione Concistoriale ecc. In questi rapporti, informazioni e relazioni il Servo di Dio rivela una conoscenza profonda delle questioni ed un senso spiccatissimo di prudenza. Pur non essendo un diplomatico di professione, ne aveva tutto lo spirito e il talento. Coglie sempre il nucleo dei problemi, sfrondandoli da ogni osservazione superflua ed esponendoli con somma oggettività, anche quando ciò potrebbe dare appiglio ad apprezzamenti meno favorevoli sul proprio conto. Ha l'umiltà di confessare: « Ut homo errare potui » (p. 250).

4. — Il n. 5 intitolato genericamente « Latina Manuscripta » I, è un volume di pp. 367. E' diviso in tre parti: 1) Res asceticae diversi generis; 2) Res ex Theologia Mystica; 3) Exercitia pietatis.

Come indica il titolo della prima parte, il Servo di Dio non fa una trattazione organica della vita ascetica, ma raccoglie pensieri, osservazio-

ni per propria utilità e per ammaestramento dei religiosi. Cita quasi sempre la fonte da cui ha ricavato la dottrina che espone con molta chiarezza. E' un uomo che ha assimilato bene la teologia, più di quanto possa comportare il semplice corso del Seminario, tanto che i suoi appunti rivelano un ripensamento personale, frutto di uno studio successivo più diretto.

Oltre le fonti particolari, conviene dire che il Servo di Dio trae la sua ascetica da quella Ignaziana e che buona parte dei suoi scritti è appunto modellata sulla falsariga dei testi ufficiali della Compagnia di Gesù.

Gli argomenti trattati nella 2ª parte riguardano la mistica. In questo campo il Servo di Dio si muove con una disinvoltura ed una competenza sorprendenti. Non si capisce come in una vita densissima di attività (quale risulta dall'epistolario precedentemente esaminato) abbia trovato tanto tempo di dedicarsi a problemi di alta speculazione e come abbia approfondito una materia di per sé difficile e piena di interrogativi.

Seguendo le orme dell'Angelico e delle massime autorità in materia, il Servo di Dio fissa l'attenzione sulle questioni più importanti e le riduce a schemi di una limpidezza straordinaria. Se avesse fatto il professore, sarebbe stato un eccellente espositore, chiaro nella posizione delle tesi e nelle argomentazioni. In genere, evita le «quaestiones disputatae», ma quando è costretto ad accennarle, pronunzia la sua sentenza e la difende con sana moderazione e rispetto delle altrui opinioni. Se le Costituzioni lo mostrano come dotato di forte ingegno positivo, queste pagine lo rivelano anche di forte ingegno speculativo con una chiarezza che sembra più propria di una personalità latina che del Nord Europa.

E' doveroso anche segnalare che lo studio della Mistica non appare condotto dal Servo di Dio

come puro esercizio dottrinale o curiosa investigazione scientifica, ma come bisogno di allargamento dei propri orizzonti spirituali, come studio saporoso di quella realtà ineffabile che è Dio e desiderio di scoprire le arcane bellezze e gioie connesse alla santità.

La terza parte « Exercitia pietatis » ha minore importanza. Riecheggiano i motivi delle Instructiones (2 sezione). Da notare a p. 319 la vecchia dottrina intorno al digiuno eucaristico che va modificata secondo le recenti disposizioni.

5. — Il n. 6 intitolato genericamente « Latina Manuscripta » II, è un volume di pp. 464. E' diviso in tre parti con il titolo comune: « Res asceticae diversi generis ». Ciò indica che non è una trattazione organica intorno alla perfezione cristiana e ai mezzi adatti a conseguirla, ma un insieme di osservazioni, esortazioni e ammaestramenti che il Servo di Dio dava « iuxta rerum opportunitatem ». Chi volesse però dalla frastagliata e disorganica raccolta trarre tutta la sostanza dell'ascetica e disporla secondo un criterio logico, non avrebbe gran difficoltà.

Dopo una specie di introduzione sulle imperfezioni degli incipienti, c'è una rassegna di alcuni mezzi per la perfezione, come, per es., l'esame di coscienza e la lettura spirituale, la mortificazione esterna ecc. Importante è il n. 11 dal titolo: Spiritus catholicus: sentire cum Ecclesia, nel quale dà preziosi richiami sulla fedeltà alla Rivelazione, alle leggi ecclesiastiche e allo spirito di obbedienza a Roma.

Seguono varie indicazioni su preghiere e speciali devozioni con note storiche e dommatiche, poi riprendono trattazioni sul peccato mortale e veniale, sugli esercizi spirituali annuali e mensili con, infine, un notevole sviluppo sulle vocazioni ecclesiastiche e i 3 voti.

Anche di questo volume bisogna dire che la dottrina e le argomentazioni sono quelle dell'ascetica ignaziana e di altri autori gesuiti, dei quali il Servo di Dio si mostra bene informato e convinto discepolo.

6. — Il n. 7 intitolato « Latina Manuscripta » III, è un volume di pp. 407. E' diviso in tre parti con il titolo comune: Materia ad Instructiones pro religiosis componendas.

E' difficile qualificare l'argomento. Potrebbe però genericamente essere chiamato un commento alle Costituzioni, nel quale si fondono motivi giuridici e motivi ascetici, quasi su un manuale o prontuario di facile consultazione che potrebbe servire anche come edificante lettura. Non c'è da meravigliarsi perciò se si incontrano ripetizioni e tesi già esposte nei precedenti volumi. La stessa materia e l'occasionalità della composizione fanno comprendere fino all'evidenza il perché di certe ripetizioni. Il Servo di Dio passa in rassegna tutta la vita complessa dell'Istituto, dalle sue relazioni esterne con la S. Sede e gli Ordinari fino al funzionamento interno. Ed ecco, allora, sensate e utili indicazioni sul maestro dei novizi, sull'educazione da impartire agli aspiranti, sul direttore spirituale, sul prefetto degli studi, sul superiore locale, sul superiore e sul consiglio generale ecc. Nulla sfugge all'occhio accorto e alla prudenza del Servo di Dio: si occupa finanche delle questioni di precedenza! Molto utili gli accorgimenti e le esortazioni rivolte ai professori di teologia perché sappiano condurre gli alunni a quella maturazione intellettuale e spirituale che garantisca il miglior successo nell'apostolato futuro.

E' inutile ripetere che anche questo volume trae ispirazione dalle Regole della Compagnia di Gesù, della quale riporta in fine (pp. 408-11)

l'Index Documentorum ad usum Patrum et Fratrum S. J.

7. — Il n. 8 intitolato « Latina Manuscripta » IV, è un volume di pp. 423. E' diviso in tre parti: 1) De Capitulo Generali; 2) Materia ad componendas Constitutiones pro religiosis; 3) Materia ad componendas Constitutiones pro Sororibus.

La prima parte svolge in forma ora schematica ora diffusa tutti gli eventuali argomenti che possono riguardare la convocazione e lo svolgimento del capitolo generale: un prontuario, insomma, che contiene tutto il desiderabile. Visibilissima anche qui la mentalità giuridica e positiva del compilatore, il quale si dà spesso alla casistica, appesantendo alquanto la trattazione con osservazioni e disposizioni minutissime fino quasi all'esagerazione.

Nella 2ª parte (da p. 96 a p. 155) riporta « ad litteram » quasi tutti i canoni del C. I. C. riguardanti i religiosi. Poi da p. 156 a p. 201 si trovano appunti che nella mente dell'autore dovevano servire o ad apportare correzioni alle Costituzioni o ad ulteriori sviluppi ed approfondimenti. Per le Suore, infine, traccia alcuni schemi come canovaccio provvisorio delle Costituzioni.

Nella 3ª parte questi canovacci ricevono una redazione, se non proprio definitiva, certamente più completa. Da esse si ricava l'alto acume del Servo di Dio che sa redigere una regola adatta alla psicologia delle religiose e ai loro particolari compiti di apostolato.

8. — Il n. 9. intitolato « Doctrina Russorum de statu iustitiae originalis » è un volumetto stampato di pp. 236.

E' la tesi presentata per il conseguimento della laurea in teologia nell'Università di Friburgo in Svizzera. Pur essendo lavoro giovanile, dimostra la viva intelligenza del Servo di Dio, il suo

profondo senso critico, l'abilità del lavoro scientifico, la sicurezza dell'informazione, ma soprattutto la sua perfetta ortodossia e il desiderio di contribuire ad una chiarificazione in modo da facilitare agli Ortodossi il ritorno in seno alla Chiesa cattolica. Non quindi opera di sola scienza, sia pure degna di considerazione, ma mezzo di eventuale apostolato.

Conclusione.

La grande documentazione offre argomenti positivi a favore del Servo di Dio. Forse scarseggiano gli elementi personali in senso stretto che danno una conoscenza diretta dell'autore. E' difatti soltanto il n. 3, con il suo copioso epistolario, che mette in luce la prudenza, l'umiltà, lo zelo, la giustizia, l'obbedienza, il sacrificio, in una parola l'orientamento soprannaturale del Servo di Dio; qualche altro argomento può essere tratto dai commenti relativi alle Costituzioni, nei quali gli elementi ascetici si intrecciano a quelli giuridici, ma sono, indubbiamente, di minor valore perché indiretti. La lettura, comunque, è assai buona e rivela un uomo che vive unicamente per l'ideale cristiano e che alla gloria di Dio consacra tutte le sue energie.

Dichiaro di non essere stato mosso da sentimenti di parte, ma di aver tutto esaminato con oggettività e con senso di assoluta fedeltà alla S. Chiesa di cui sono devoto figlio.

Roma 18 ottobre 1957

. . . .

. . . .

II

Judicium alterius Theologi Censoris, ab Emo Cardinali Ponente deputati, super scriptis Latina lingua exaratis, eidem S. D. tributis.

Detti scritti sono compresi in 28 volumi, dei quali 12 in lingua latina. A questi soltanto si estende la presente revisione.

A) Sono stampati:

1° - Dottrina Russorum de statu justitiae originalis;

2° - Constitutiones Fratrum Marianorum;

3° - Constitutiones Congr.is Sororum Nominis Jesu;

4° - Constitutiones Congreg.is Sor. Ancillarum S. C. Jesu.

Osservazioni.

Nulla in essi si trova, a mio avviso, che possa cadere sotto censura. Si possono anzi considerare come modelli del genere.

Lo spirito da cui era animato il S. di Dio è espresso nella lettera premessa alle Costituzioni: « Deprecamur Dominum Deum nostrum ut eousque fortitudine det nobis proficere ut aliquos saltem nostrum in conspectu suo dignos inveniat qui pro Nomine Ejus mereamur pati ».

B) Sono dattilografati:

1° - Constitutiones Clericorum Regularium Marianorum;

2° - Constitutiones Congreg.is Sororum a S. Casimiro;

3° - Instructiones ad usum Sodalium Congregationis Marianorum;

4° - Epistolae, Acta, Documenta, etc.

5° - 4 manuscripta continentia materiale asceticum.

Osservazioni.

Vol. III - p. 7 « Idque peculiare habeant ut juramento *adstringantur* (i suoi Religiosi), (non obstantibus ulllis difficultatibus, ullis iniquis conditionibus, neque dispersione, neque .. etc.) — in sua vocatione perseverare ».

N. B. - Non è per lo meno eccessivo?

Vol. IV, p. 29. Singolare competenza e maturità di giudizio circa l'opportunità di mettere all'*Indice* gli siritti del sac. Lutoslawski.

Vol. IV, p. 96. Condanna il nazionalismo della Chiesa di Vilna che impedisce o ritarda la conversione degli Alboruteni alla Chiesa Cattolica.

Vol. V, pp. 160-161. Trattato di ascetica e di teologia mistica.

« Voluntas potest excedere in amando, praesertim ex intima conjunctione Dei per *intimum illapsum ac ex ejus vivifico tactu* et per notitiam experimentalem ex seipsa accipere quam suavis est Deus. Hanc cognitionem mysticam appellant *ignorantiam* ».

N. B. - E' un saggio di misticismo sentimentale che adombra l'ignoranza dei rapporti dell'anima con Dio.

Vol. V, p. 178: « Qui Deo adhaeret unus spiritus fit cum illo. Penetratur Dei praesentia maximo ardore: *ossium medulla sensus ligantur* ».

N. B. - Quid sibi vult?

Vol. V, p. 181. « Totum esse Dei *amplectitur* anima mystica ».

N. B. - Se per contemplazione, vada. Si intende, in quanto da noi cognoscibile.

Vol. V, p. 216. « Actualis fruitiva animae contemplativae unio cum Deo est *perceptio experimentalis et immediata Dei,* quae fit in potentiis intellectus et voluntatis per *realem praesentiam ipsius* Dei, ita ut velut tangi, amplecti, dulcissime possit ».

N. B. - Il pensiero qui espresso eccede il concetto di *onniprensenza* e sembra *umanizzare* (rendere sensibile) l'unione dell'anima con Dio.

Roma, 15-VII-58

. . . .

. . . .

III

Votum prioris Censoris Theologi super scriptis Lituana lingua exaratis, eidem S. D. tributis.

Eminentissime Princeps,

Juxta mandatum mihi commissum attente examinavi Servi Dei Archiepiscopi Georgii Matulevicius sequentia opera lingua lituana conscripta, sive jam typis edita, sive in manuscriptis contenta, et quidem:

Vol. 9: Diaria: Diarium Spirituale complectens anno 1910-1914; Adnexum ad Diarium Spirituale ex annis 1909-1914; Relationem ex itinere Romam 14-29 Novembris 1911; Diarium complectens eventus ex annis 1918-1921, 1925.

Vol. 10: Epistolae: 294 epistolae ex annis 1910-1927, duae ex 1897; 15 varia documenta: notae vel pro memoria ex Actibus Visitatoris Apostolici in Lituania ex annis 1926-1927.

Vol. 11: Manuscripta: Ascetica 77 unitates (collationes spirituales, puncta meditationum etc....). Linguistica 6 unitates (phraseologia, vocabularium).

Vol 20: Dirva: Elucubrationes ex theologia pastorali de relatione rei nationalis et religiosae in apostolatu, typis editas in U. S. A. anno 1903.

Vol. 21, Draugija: Tres commentarii de quaestionibus socialibus, typis editi in Lituania, anno 1909.

Vol 22: Vadovas: Elucubratio ex theologia pastorali de apostolatu in urbibus; Descriptio itineris in U. S. A., typis edita in Lituania, annis 1911 et 1913.

Vol. 23: Varia: Epistola pastoralis, allocutiones, sermones, publicati in Lituania anno 1933.

Indicato examine diligenter peracto, in his omnibus scriptis nihil omnino inveni quod, secundum normam Codicis Juris Canonici can. 2086, par. 1, catholicae fidei vel morum doctrinae refragetur, vel saltem sicuti sententia temeraria, offensiva aut male sonans consideranda esset. E contra, ex hic operibus clare elucet eminens figura Servi Dei.

Ejus elucubrationes scientificae, sicuti professoris in Academia Theologica Petrogradi, spectantes theologiam pastoralem et sociologiam, monstrant non solum ejus insignes capacitates intellectuales, sed etiam ejus zelum apostolicum, animum perspicacem et apertum omnibus animarum necessitatibus, magnam prudentiam in dijudicatione conditionum et eventuum.

Opuscula ascetica, praesertim puncta meditationum, desumpta sunt in magna parte ex aliis auctoribus, praevalenter ex M. Meschler, etsi cum non paucis adaptationibus personalibus. Quae omnia, absentibus aliis documentis, possint inservire detegere ejus spiritum, cum tamen sint expositiones theoreticae, minorem faciunt impressionem.

Diarium et epistolae, e contra, documenta admodum personalia, intima aperiunt ejus cordis, et cum sint in magna parte ex ultima periodo ejus vitae, monstrant eum in culmine ascensionis spiritualis, in maturitate et vigore animi, in sublimi elevatione, quae omnia viva sub oculis praesentata valde commovent animum et adficiunt admiratione.

Multa dicendum esset de sua eminenti persona animique elevatione, sed praeprimis elucet ejus spiritus supernaturalis: omnia et semper considerat sub specie aeternitatis, secundum spiritum Christi (vol. IX, p. 20); etsi non loquitur de virtutibus theologicis, magna videtur ejus fides et amor Dei et proximi, unitus zelo animarum, amor Ecclesiae et Summi Pontificis, illimitata fiducia in providentiam, mira, velim dicere, quasi incredibilis animi constantia et imperturbabilis in Deo fundata et irradicata tranquillitas, securitas (IX p. 77) et serenitas spiritualis in indescriptibili eventuum turbine et dolorum multitudine.

Ne fastidiosa appareant verba de ejus spiritus elevatione necessarium est in mentem revocare ambientem in quo ille laboraverat. Pessimae conditiones, difficultates non communes. Incipiendo cum ipsa devastatione materiali tempore belli, enumerari debent variae miseriae, deficientiae, fames, frigus, epidemiae, omnimoda afflictio populi ejusque molestiae (X 248). Ipse Servus Dei debuit vivere ex stipendiis missarum, quas recipiebat ex U. S. A., quia reditus mensiles episcopi,

70.000 librae polonicae, valebant non integros 7 dol. U. S. A. et non sufficiebant remunerare neque domesticos (X 33). Pro itinere Romam mutuo debuit sumere pecuniam (X 42, 45), vixit in magna paupertate et penuria (X 26). Ad haec accedit instabilitas ordinis publici: solum per duos annos ter successive transiit territorii, in quo dioecesis sita est, pertinentia ad statum (Lituaniae, Russiae, Poloniae) et sexies sibi successit suprema auctoritas gubernativa, cum consuetis tempore talium magnarum perturbationum, quando urbs manet sine ulla auctoritate inter duas acies adversas, proruptionibus maleficorum perpetrantium eorum facinora, praesertim depraedationes, vindictas, caedes. Porro, unumquodque gubernium, unaquaequa factio nationalis volebat habere eum sustentatorem, immo propagatorem et executorem eorum ambitionum (IX 132, 140), cum scandalo et exacerbatione aliarum factionum et diffidentia subditorum alterius nationalitatis (IX 141). Duces militares modo arbitrario, ex motivo politico, exigebant ab episcopo dimittere sacerdotes unius nationis, eosque substituere cum aliis, ut tali modo facilius possint illius regionis potiri (IX 249-253). Aliqui factionarii politici sine scrupulo abutebantur, ipso inscio et inconsulto, ejus auctoritate et nomine, considerantes eum non sicuti episcopum animarum, inservientem rebus spiritualibus, sed concitatorem obligatum inservire eorum ambitionibus injustis (IX 259). Tandem aspectus specificus ejus dioecesis habetur in illa diversitate et magna commixtione populi sub aspectu nationali: lituani, poloni, rutheni, hebraei, cum eorum factionibus, coalitionibus, studiis, ambitionibus sub variis aspectibus: religioso, politico, oeconomico, praesertim autem nationali, eorumque perplexa commixtione. Vix cogitari possunt aspriores saevitiae effrenatarum insanientiumque passionum nationalium, eorumque violentae et exasperatae

colluctationes, ita, ut ipsi sacerdotes, magno scandalo simplici populo, excitarent turbam, fere ad caedes hebraeorum (IX 234). « Urbs fervet et aestuat impetu odii » (IX 140), legimus in diario.

Praesertim dolorosus ejus animae erat « chauvinismus », « morbidus nationalismus » (IX 271), ille sensus exageratus nationalis non exiguae partis sacerdotum suae dioecesis, qui, immixti rebus politicis, negligebant eorum officia religiosa (IX 248, 260) et abutebantur eorum auctoritate religiosa nationalismo fovendo, excitabant populum contra episcopum, seminabant discordias, immo columniabant suum episcopum (IX 207, 208, 255-257, 259-260, 264, 270 etc.). Idem spiritus nefasto modo vigebat etiam in seminario (IX 169-212 passim): alumni aliarum nationum dimittebantur sine ratione ex seminario (IX 199, 211-212): in apostolatu paroeciali: catechismus docebatur in lingua, quem populus ignorabat, prima communio differebantur usque ad 18 annum aetatis propter ignorantiam linguae alienae (IX 180); apud religiosos (IX 264), (aliunde audivi R. P. Superiorem Generalem Wl. Ledòchowski non paucos Patres dimisisse ex Societate Jesu propter eundem spiritum non christianum); apud religiosas et in eorum institutis pro educatione (IX 179). Et haec omnia fiebant sub praetextu boni Ecclesiae. Maxime abominabilis res, adnotat in diario, est aliis illata injuria sub praetextu idealis et sacrarum rerum (IX 76). Multi sacerdotes implicati rebus politicis, appropinquantibus communistis aufugerunt e suis paroeciis, ita ut integri decanatus manerent sine sacerdotibus (IX 264). Mirum non est, si ille exclamat cum dolore: « O Deus, da mihi sacerdotes vere catholicos » (IX 220), vel « Deus, Deus meus, quam terribilis est politica nostrarum dierum » (IX 233), ubi inveniam sacerdotes, qui non de re politica praeoccupati essent, spargerent odium, discordias et inci-

tent populum, sed imbuti spiritu Christi, inservirent saluti animarum (IX 175). Propterea summa erat ejus sollicitudo purgare seminarium ab illo « nefasto fermento nationalistico » (IX 182).

Conditio fit semper gravior, praesertim, quando concitatorum et factionum industriae sustentantur etiam ab auctoritate gubernativa. Atmosphaera Vilnae morbida est propter nationalismum (IX 271), valde difficile est hic vivere, difficilius laborare, valetudo non poterit per longum haec omnia sustinere (X 117), suffocat deprimens atmosphaera (X 120), impossibile est hic placere (X 246). Continuo loquitur de crescentibus calumniis in epheremidibus (X 25, 63, 74-75, 277, 338, 366, 489), de mala interpretatione suorum operum (X 337), de « continuis molestiis et innumerabilibus insidiis » (X 253), quae omnes exprobrationes et calumniae in ephemeridibus faciunt eorum cursum et exercent eorum opus destructivum (X 120, 259). Immo, non defuerunt neque variae minae ut intimidatus absterreatur ab exercitio suarum functionum episcopalium (X 297), machinationes eum occidere (X 63, 170), comminationes infringere ei habitationis fenestras, eumque in cathedrali cum putridis ovis publice inhonestare (IX 272). Ipse autem in his omnibus adversis apparet inexhaustibilis patientiae, pacis, tranquillitatis, animi aequilibrii et eximiae fortitudinis. Omnibus comminationibus et provocationibus, sive illae sint ex parte gubernii, sive singularum factionum, inconcussus respondet se non esse concitatorem pro rebus politicis vel nationalibus, sed esse episcopum a Summo Pontifice deputatum in dioecesim pro servitio spirituali, pro salute animarum, pro bono Ecclesiae (IX 187-188). « Non cedam, dicit, solum Vexillum Christi respiciam et faciam opera Ecclesiae secundum meam conscientiam » (IX 220, 272); occidere me possunt quando volunt, nullum aliud habeo prae-

sidium, quam Dei Providentiam (X 170), sed propter minas non recedam a meis officiis episcopalibus, neque abstineam ab exercitio eorum, usquedum Summo Pontifici placuerit (IX 262).

Servus Dei fatetur se in juvenili aetate non habuisse oculum erga alias nationes, sed gratia Dei, jamdudum accepisse a Deo gratiam omnes amare in Domino, secundum spiritum Christi, considerare non nationatum in homine, sed imaginem Dei, non jam secundum civium opiniones illos aestimare, sed secundum eorum similitudinem ad Christum (IX 78). Bene intelligens exagerati et depravati nationalismi pericula et damnum, jam anno 1911, tempore itineris Romam, in basilica S. Petri, ad pedes Principis Apostolorum jurejurando se obligavit non se implicare rebus politicis, nationalibus, sed se devovere exclusivo servitio animarum, bono Ecclesiae et Majori Gloriae Dei procurandae (IX 108), quia Ecclesia indiget sacerdotibus non qui sint eximii concitatores vel rerum nationalium jusque gentium tractare periti, sed sacerdotibus, qui sint vere pii, fideles, imbuti spiritu Christi, sine adulatione gubernio, praediti zelo apostolico pro salute animarum (IX 30, 117; XXII 360). Ecclesia indiget apostolis, non mercenariis (IX 73; X 144-145). Propterea elevatam perfectionem exigit a sacerdote: ut sit secundum Cor Jesu et Mariae (X 81), ut omnia ageret in spiritu fidei (X 87), ut fiat novus homo, crucifixus mundo (IX 36-39), membris autem suae Congregationis proponit praeferre campus laboris, in quo salus animarum magis periclitatur, campum qui ab aliis non desideratur, qui est despectus, derelictus, in quo causa Dei perdita est (IX 42). Etiam seipsum sine conditione obtulit Ecclesiae et saluti animarum, ad laborandum cum Christo, « convivendum, compatiendum, commoriendum » et sperat etiam conregnandum (IX 54).

Attamen, ille non est « apatridus » neque « cosmopolita », ipse amat suam patriam et admittit legitimas contentiones nationales (IX 190), quia amor patriae, — citat sanctum Thomam — « pertinet ad virtutem pietatis » (IX 79), sed talis amor patriae, frequenter inculcat, non debet sese exprimere per discordias, despectionem aliorum populorum, eo minus per odium et insanientem rem politicam (IX 79-80; XX 57). Praesertim sacerdos debet esse homo Dei, dedicatus saluti animarum et bono Ecclesiae, omnia agens in spiritu fidei; et non praeoccupatus concitare mercaturam vel res oeconomicas, scientificas, nationales, politicas, sed praedicare verbum Dei (XXII 369; X 87), et quidem in lingua, — invocat auctoritatem Concilii Tridentini, — qua populus utitur et quam melius intelligit (XX 53-54). Sacerdotes vocatos esse non ad nationalismum sustentandum, neque rem politicam curandam, sed inserviendi Ecclesiae et saluti animarum incumbere (XX 52-53). Deus amat omnes populos, Ecclesia fovet omnes nationes, dicit ille, et suis fidelibus promittit *non* regnum polonicum, sed *Regnum coelorum* (XX 54). Etsi nulla necessitas aderat, sed ut exprimeret se omnibus subditis suae dioecesis aequaliter inservire et daret exemplum, ipse didicit linguam ruthenam (IX 184).

Adnotat se non invenire verba ad exprimendum suum amorem erga Ecclesiam, quem voluerat etiam aliis sacerdotibus communicare (IX 75-76), et in paraphrasim assumit verba Psalmi: « Si oblitus fuero tui... sancta Dei Ecclesia, oblivioni detur dextera mea; adhaereat faucibus meis lingua mea, si non meminero tui, si non proposuero Ierusalem in principio laetitiae meae » (IX 75-76, 15). Et hoc non erant inania verba neque fugax affectus, sicuti eloquenter attestat ejus vita per septem annos in descriptis conditionibus. Ille est Pastor, Apostolus, est verus Pater suae disgregatae

et perturbatae dioecesis. Laetus est se sacrificare pro Ecclesia ejusque bono (IX 163). Quando alii, appropinquantibus communistis aufugiunt eumque incitant simul fugere, vel saltem in securiori loco se abscondere, ille fideliter et audaciter manet in custodiis (IX 142), non obstantibus periculis, minis, quia « Bonus pastor animam suam ponit pro ovibus suis », repetit ille (IX 160, 186). Audacter frequenter intervenit apud communistas defendens suos subditos, docensque illos tueri et vindicare sua jura christiana, imprimis libertatem cultus, libertatem conscientiae, libertatem instructionis religiosae puerorum, tamen non tumultibus, sed exposcendo sed armis spiritualibus: firmitate fidei, perseverantia, acceptatione sacrificii ad exemplum primorum christianorum, praesertim autem, semper operando bonum (XXIII 204-205). Continuo exhortabat suos subditos ad mutuam comprehensionem, concordiam, pacem (IX 132), temperare passiones nationalisticas, componere discordias, magis amare Christum et Ecclesiam (XXIII 211). Neque erga hebraeos defuit ejus sollicitudo et commiseratio, frequens intercessio in eorum favorem (IX 214, 235, 237). Revera, omnibus omnia factus est illo tempore perturbationis et instabilitatis (IX 131, 238, 252). Forma gregis factus est ex animo.

Juxta magnam prudentiam in agendo conjunctam cum amore animarum, clare se manifestat instantanea perspectio cordis et intentionum suorum collocutorum. Tantas accepit ineptas petitiones, tantas insidiosas cum intentione compromettendi et periclitandi eum, tantas cum intentione explorandi eum, implicandique in negotia politica, nationalia, saecularia. Semper perspexit illas insidias, semper detexit malas intentiones. Sicuti se exprimit cum gratitudine, suum Angelum Custodem semper praeservasse eum ab omnibus illis insidiis (IX 160, 220).

Servus Dei erat homo non pulchrae doctrinae et verborum, sed sanctae, elevatae actionis, quae afficit animum admiratione et implet profunda reverentia. Ubi non praevalebat serena expositione (nunquam occurrunt verba polemica), suavi argumentatione, persuasione, auctoritate componere, pacificare et debito modo gubernare, ibi supplebat sua indefectibili patientia, oratione et illimitata fiducia in Providentiam (nunquam recurrit ad astutiam politicam) (XI 15). Nunquam se cogitasse dicit, tam multum pati debere (IX 56): angores, afflictiones, contrarietates, infortunia, persecutiones, calumnias (IX 53, 56, 60, 237; X 184, 191). Unica res consolabat eum animumque addebat, quod etiam Christus innocentissimus plus passus est et pejus persecutus erat (X 120, 425, 427). « Solus Deus scit, quantum debeo hic pati » (X 120, 127, 425, 427). Non est exageratum, quando dicit primum annum sui episcopatus fuisse annum passionis (IX 239). Et sic per septem continuos annos. Tamen nunquam apparet apud eum aliquis « dolorosismus », e contra, serenitas animi, energia, optimismus, fiducia, nunquam apparet fractus.

Semper associat crucem et gratiam, quando fatetur se multas pati adversitates, persecutiones, portare cruces, immediate adnotat etiam abundantiam gratiae, quam experitur, immo dulcedinem (IX 62-63, 56, 61), manifestum Dei auxilium, tutelam B. V. Mariae (X 271), gratias Deo agit pro passione et cruce, quam ei mittit (IX 53, 56, 60). « Domine, quam admirabilis es », exclamat in persecutione perfusus gratia (IX 61), « quam bonus es et quam mirabilibus semitis deducis » (IX 283). « O Domine Deus, quam ego amo te, quia tam multas cruces mihi mittis et adjuvas illas portare, edulcorans omnia sua gratia » (IX 140) et rogat omnibus, etiam male agentibus aequaliter servire (IX 141).

Post Concordatum conditio propter calumnias fit omnino abominabilis, intollerabilis, immo nociva Ecclesiae (X 125). « Si non Crux Christi, si non gratia Dei, impossibile esset supportare hanc suffocantem atmosphaeram » calumniarum et persecutionum (X 122-123). Dolore affligitur, quod occasione suae personae tam graviter offenditur Deus (X 128). « Orate, ut Deus me liberet ex his difficillimis conditionibus » (X 122), in quibus vita intollerabilis est et labor impossibilis. Si Sua Sanctitas liberabit me, erit gestus sui cordis paterni et commiserantis (X 122-123).

Cum ex authenticis fontibus sciret gubernium polonicum pertinaciter contradicturum suae nominationi in archiepiscopum Vilnensem (IX 281-282; X 127), rogavit a Sancta Sede dimissionem ex suis officiis. « Impossibile erat longius hic permanere, dementia fuisset. Sua Sanctitas, liberans me ex officiis meis, fecit opus misericordiae, est signum sui cordis paterni (X 126), aliter perventum fuisset ad scandala et molestias Ecclesiae (X 127). Cum dolore reliquit suam dioecesim, in qua tantum perpessus erat pro bono animarum, et quam tantum amaverat (X 191). Tamen etiam hac occasione considerat beneplacitum divinum et dicit Fiat voluntas tua (X 184).

Odio me habuerunt gratis. Ipse legatus (ambasciatore) polonus ad Sanctam Sedem Ladislaus Skrzynski affirmavit per tres annos sui servitii multas se audivisse accusationes et querelas contra eum, tamen inquisitione facta, omnes apparuisse sine ullo fundamento (X 148); et testatus est suum gubernium eum valde aestimare sicuti episcopum et sicuti personam, doletque episcopatum polonicum per ejus abdicationem perdidisse emintem personam, adjunxitque eundem gubernium, cum intentione optime componendi rem, intervenisse apud Sanctam Sedem, ut Servum Dei tran-

sferret ad sedem episcopalem, nuper erectam, Czestochoviensem, quia credidit eum, devotissimum B. V. Mariae, contentum fore tali solutione: esse episcopum in civitate Mariana, pelegrinationibus et miraculis celebri. Tamen retinere eum Vilnae, reaffirmavit legatus, gubernium Poloniae nullo modo potuisse propter rationes politicas (IX 281). Motivum clarum est, Servus Dei, sicuti episcopus omnium subditorum, numquam consentivisset, ut Ecclesia et religio adhiberetur a statu sicuti instrumentum polonisationis alterius nationatus subditorum ejus dioecesis.

Post coactam abdicationem Servus Dei retinet suum principium « Vince malum in bono » (IX 281; X 320), dimittit omnibus male agentibus (quia inimicos non habuit, saltem non consideravit sicuti tales), orat pro eis, eisque exoptat omne bonum (IX 78; X 142). Solum de bono, quod expertus est, loquitur in posterum, sed non de persecutionibus et malo. « Deus benedicat eis et omne bonum ipsis tribuat » (IX 282), quod passus sum, non erat a populo, (qui eum amaverat IX 261), sed a factionariis politicis. Sua dimissione a Sancta Sede accepta sese contulit apud benedictinos ad basilicam S. Pauli extra muros ibique exercitiis spiritualibus per octo dies vacavit, in diario adnotans « completam pacem », « magnas de novo acceptas gratias » (IX 282), ferventer gratias agens Deo pro persecutionibus, exprimens illimitatam fiduciam erga Providentiam et promittens orare pro illis a quibus tanta perpessus est (IX 283).

Scripsit etiam in Lituaniam et U. S. A. quomodo Sancta Sedes justificanda esset contra accusationes possibiles de acceptatione ejus abdicationis (X 126, 147-148, 319): non potuisset ipse Vilnae longius permanere quam duos vel tres menses, et tunc cum scandalo fuisset expulsus a gubernio. Summus Pontifex obligatus fuisset cedere

injustitiae. Ex tali scandalo nulla fuisset utilitas neque Ecclesiae, neque Sedi Apostolicae, neque Lituaniae, neque ei ipsi. Hoc scandalum fuisset novum punctum dolorosum in relationibus Lituaniae cum Polonia. Omnia finivisset cum vociferationibus in ephemeridibus usquedum defatigati oblivioni darent scandalum. Sicuti episcopum se non potuisse secundum suam conscientiam ponere Sedem Apostolicam in talem conditionem, ut ipsa deberet cedere coactioni ex parte status (X 147-148).

Omni occasione sublineat Suae Sanctitatis affabilitatem, bonitatem, benevolentiam, comprehensionem, gratias concessas, satisfactionem et complacentiam de ejus praestitis servitiis, praesertim sicuti Visitatoris Apostolici in Lituania (X 125, 147-149, 206, 325, 408, 420).

Sua abdicatione a dioecesi Vilnensi a Sancta Sede accepta, ille fuit nominatus Visitator Apostolicus in Lituania. « Incidi in turbinem laborum », scribit in epistola (X 374, 377). Valde opportune misit me Sua Sanctitas. Post plus quam centum annos servitutis, post devastationem belli et occupationem militarium, inveni statum religiosum et spiritualem deplorabilem, quem describere impossibile est (X 373-375, 379, 381). Multitudo occupationum, diu noctuque oportet laborare (X 374, 377, 379). Et laboravit valde intense, non parcens sibi, per mensem semel dormivit 6 horas, aliter 3-5 solum (X 379), sperat cum divino auxilio multas res componere (X 381, 383). Non exageravit dicens se omnia fecisse, quidquid possibile erat. Re vera, plenam dedit mensuram. Brevi tempore, neque duorum annorum spatio, multas res et magni ponderis feliciter composuit: institutio Provinciae Ecclesiasticae Lituanae cum quinque dioecesibus et una praelatura, concordatus Lituaniae cum Sancta Sede, et quidem optimus sub aspectu ecclesiastico, quo « meliorem neque dari potest »

(X 155), institutio Facultatis Theologicae in Universitate Status, Cantionale, Rituale. Regulae variarum congregationum, restauratio Congregationis B. V. Mariae Immaculatae Conceptae. Novam adaperuit aetatem vitae religiosae et spiritualis in Lituania. « Omnes mirantur hic (Romae), quod tam celeriter res tam magni momenti poterant esse compositae tam brevi tempore, quasi cum miraculosa celeritate » (X 413). Merito potuit exultare Deum benedixisse omnem ejus conatum: « Quam admirabiliter Deus nos benedixit, omnia crescit in nutu oculorum » (X 482), dixerat relate ad suam Congregationem. Ad hanc benedictionem accipiendam ex medio laborum improviso evocatus est ad caelestem Patriam.

P. S. — Per errorem copistae aliquae phrases non habent sensum (XI 151, 252). Loco « contio ? » probabiliter debet esse « contemplatio » (XI 240, 273). Porro, aliqua verba pro copista erant illegibilia in manuscripto.

Romae, die 25 aprilis 1958.

Eminentiae Vestrae humillimus et observantissimus famulus

. . . .

. . . .

IV

Votum alterius Censoris Thologi super scriptis Lituana lingua exaratis, eidem S. D. tributis.

Scripta a Servo Dei Georgio Matulevicius sermone lituano conscripta quae mihi ab E.mo Cardinali Eugenio Tisserant, Ponente huius Causae,

commissa fuerunt ad iudicium de eis proferendum sunt sequentia:

Vol. 9 - *Diaria* (283 p.). Et quidem:

1. *Diarium spirituale:* continens reflexiones, inspirationes, pia proposita (scripta annis 1910-1914) - pp. 1-65,

2. *Adnexum ad diarium spirituale:* seu excerpta ex epistolis scriptis ad personas diversas inter annos 1909-1914, in quibus profundae exprimuntur reflexiones de vita spirituali et religiosa - pp. 66-98,

3. *Relatio ex itinere Romam* negotiorum causa, peracto a die 14 ad 29 Novembris 1911 - pp. 99-118,

4. *Diarium:* complectens eventus connexos cum persona Servi Dei ex annis: 1918-1919; 1921; 1925 - pp. 119-283.

Vol. 10 - *Epistolae et Varia* (515 p.):

1. *Epistolae* ad diversas personas 279 quarum maior pars spectat CC. RR. Marianorum Congregationem vel singula eius membra scriptaque sunt: 2 anno 1987 *(sic)*, 29 annis 1910-1914, ceterae vero 248 annis 1919-1927 - pp. 1-502,

2. *Varia:* brevis concio et nonnullae notae ex actibus Visitatoris Apostolici in Lituania cum 1 nota quae aspirantem in CC. RR. Marianorum Congregationem spectat - pp. 503-515.

Vol. 11 - *Manuscripta* (394 p.):

1. *Pars Prima (Ascetica):* continens 77 conciones, conferentias vel meditationes in extenso scriptas vel plus minusve elaboratas ideas illorum principales (puncta) pro exercitiis spiritualibus in maiori parte designatas - pp. 1-285,

2. *Pars secunda (Linguistica):* continens dicta lituana ex indicatis libris vel ex aliis diversis fontibus desumpta (pp. 286-356), proverbia litua-

na (pp. 356-360) et vocabula lituana selecta ad quae plerumque adiunguntur significatio in lingua russa et polona (pp. 361-394) - pp. 286-394.

Fasc. 20 - *Excerptum ex ephemeride* « Dirva » mensis Octobris 1903, pp. 43-69, continens *articulum destinatum sacerdotibus* in quo, habendo prae oculis periculum fidei proveniens ex socialismo militante in coetibus lituanis et ex schismate vel nationalismo russo, de renascentia populi lituani eiusque linguae fuse loquitur sicuti de vero amore patriae ac de obligationibus, praesertim sacerdotum, in hisce conditionibus particularibus finiturque exhortatione ad oboedientiam Episcopo suo Ordinario ad actionemque omnium concordem in unitate cum illo.

Fasc. 21 — *Excerptum ex ephemeride* mensili « Draugija » mensium Julii et Augusti 1909, N. 31-32, pp. 327-384, continens tria articula de re sociali vel morali, scilicet:

1. *Brevis quaestionis socialis hodiernae explicatio,* ubi asseritur, quid sit quaestio socialis, quae sint eius causae, quis et quomodo ad eius solutionem contribuere possit (24 p.).

2. *De Ecclesia et proprietate:* datur notio proprietatis eiusque species diversae indicantur, cur Ecclesia de quaestione proprietatis semper sollicita erat explicatur exponiturque clare, quid ab Ecclesia in hoc campo definitum, quid liberae explorationi singulorum relictum sit (16 p.).

3. *De quaestione operariorum oppidorum vel operariorum industriae in genere:* disseritur de ingenti numero proletariorum orto ex mutatis conditionibus laboris ob progressum technicum, de miseria eorum materiali et morali, de iustis eorum exigentiis deque iis omnibus qui efficacem cooperationem ad quaestionis huius solutionem praestare possint et debeant (18 p.).

Fasc. 22 - *Excerptum ex ephemeride* « Vadovas » mensis Aprilis 1911, N. 32, pp. 360-371,

continens primam partem articuli « *De ministerio pastorali in oppidis* » (in fine annuntiatur continuatio, sed inter scripta mihi commissa non invenitur), ubi assertiones principales operis Dr. Swoboda, Grosstadtseelsorge (Eine pastoraltheologische Studie. Regensburg 1909, Pustet, I. 452) traduntur, additis quibusdam observationibus personalibus (22 p.). Item excerptum ex eadem ephemeride « Vadovas » mensis Octobris 1913, N. 62, pp. 192-196 ubi *impressiones ex itinere in Statibus Foederalibus Americae Septentrionalis* narrantur (5 p.).

Fasc. 23 - *Excerpta ex libro* « Arkivyskupas Jurgis Matulevicius », 1933, pp. 202-212; 256-260:

1. *Summarium concionis occasione Ingressus in Catedram Vilnensem* (8.12.1918 - 2 p.),

2. *Duo Litterae pastorales ad suos dioecesanos:* una scripta post invasionem bolscevistarum in oppidum Vilnius eiusque regiones suburbanas (16.2.1919 - 3 p.), altera post iter Romam ad Limina Apostolorum (die Nativitatis B. M. V., 1923 - 6 p.),

3. *Duae allocutiones:* una ad aperiendum Congressum Foederationis Juventutis Catholicae Lithuanae « Pavasaris » (29.12.1925 - 4 p.), altera ad eundem claudendum (2 p.).

Notandum est, inter scripta enumerata paucissima inveniri quae scopum mere scientificum habeant (Fasc. 21, art. 2 « De Ecclesia et proprietate »). Alia pauca, etiamsi quaestiones theoreticas de re sociali vel pastorali solvere intendant, vitam praesertim spiritualem ac bonum animarum prae oculis habent (Fasc. 21, art. 1 et 3, Fasc. 22, art. « De ministerio pastorali in oppidis »). Caetera omnia vitam auctoris aliorumque directe vel indirecte spectant in quibus persona auctoris optime perspici potest eiusque opiniones circa diversas quaestiones vitae spiritualis, praesertim vitae

religiosae, exprimuntur vel erui possunt. Ad vitam interiorem Servi Dei cognoscendam vol. 9 modo peculiari utile evadit: est quasi apertura animae eius coram Deo et coram seipso in diario ac coram aliis in epistolis eo temporis spatio, quando in maturitate plena ac semper pleniori CC' RR. Marianorum Congregationis reformationi se dedit (1909-1914) et versus finem vitae eius terrestris quando in conditionibus difficillimis Dioecesim Vilnensem gubernavit (1918-1919; 1921; 1925). Magna item pars epistolarum in vol. 10 sicut et concionum vel meditationum in vol. 11 ac fasc. 23 copiosam lucem dant de dotibus naturalibus et supernaturalibus ac de vita profunda interiori auctoris.

Quapropter nonnisi pauca dicendum erit de doctrina Servi Dei, plus vero de indole naturali ac supernaturali personae eius deque eius virtutibus qui ex hisce scriptis praesertim in lucem prodiunt.

I. DE DOCTRINA

Omnia supra enumerata scripta Servi Dei Georgii Matulevicius attente perlegi iterumque singulas eorum partes examinavi *nihilque omnino inveni quod fidei christianae vel bonis moribus contrarium esset.*

Notandus est solummodo error in translatione S. Thomae, S. Th., 2,2. qu. XXXII, a. 6, sensum genuinum auctoris alterans (translatio invenitur fasc. 21, p. 365, textus originalis vero in margine p. 366 eiusdem fasciculi). Loco « neprivaloma » vel « negalima reikalauti », quod recte latinum « nemo iubetur » exprimat, ponitur « negalima », quod latine « non licet » vel « non est permissum » significat; ideoque altera pars assertionis Divi Thomae sensum prohibitivum acquirit ac si diceretur: « Nemini licet tradere aliis, quo ipse egeat ad id servandum quod personae convenit » — et hoc est falsum. Vix credendum est Servum Dei textum latinum non bene intellexisse. Error hic

potius impresariis ephemeridis attribuendus est, quod faciliter explicatur omissione unius vocabuli, scilicet « reikalauti » post « negalima ».

Item non est possibile dare iudicium certum de nonnullis notis; propter brevitatem illarum interdum non satis clarus est sensus, sicut e. g. vol. 10 pag. 507, ubi non est clarum, opiniones illas esse auctoris vel potius adversariorum, notatas breviter ad illas impugnandas.

Uti supra diximus, pauca sunt a Servo Dei scripta sermone lituano ad meram doctrinam exponendam et quidem in *re sociali et pastorali*. Multa habentur spiritualitatem spectantia. Repetitis vicibus in diario vel in litteris auctor dicit se velle in omnibus Ecclesiae fidelissime subiici eique maximo amore servire. Et consequens est in docendo. In suis affirmationibus tamen est simul cautus, ut non dicat plus quam Ecclesia, quod grave damnum afferre possit. « Non sunt affirmandae res,— scribit, — de quibus Ecclesia nondum se pronuntiavit. Adoperatio indebita vocabulorum « veritates fidei » vel « dogmata » plus quam multae aliae rationes mentes et corda hominum a fide removent, praesertim quando nomen veritatum fidei tribuere audemus opinionibus quae nobis placent non propter ipsam fidem, sed propter quasdam alias rationes » (Fasc. 21, p. 363). Articulus « De Ecclesia et proprietate » (fasc. 21, pp. 351-366) vivum est exemplum huius sobrietatis in exponendo doctrinam catholicam. Idem articulus simul cum duobus aliis in eodem fasc. 21 sunt documenta e quibus patet auctorem illorum eminentem magistrum sociologiae christianae fuisse ingeniique acuitate facilitateque exponendi cum claritate res difficiles polluisse. Idem dicendum est de Servo Dei uti auctore articulorum ubi de ministerio sacerdotum pastorali loquitur (fasc. 20 et 22).

Maior pars scriptorum, uti diximus, *vitam spiritualem*, praesertim religiosorum, spectat. Pagi-

nae diarii ubi fundamenta spiritualitatis Congregationis CC. RR. Marianorum ponuntur, permagna pars epistolarum ab illo tanquam a superiore generali ad superiores minores destinatae fuse lateque vitam religiosam tractant. Etiamsi non datur expositio systematica doctrinae spiritualitatis in genere et vitae religiosae in specie, ex tractatione iterum atque iterum repetita diversarum huiusmodi quaestiorum satis clara evadit mens auctoris, quae in essentialibus communis est caeteris spiritualitatis christianae auctoribus, in aliis vero quae proprie diversitatem scholarum spiritualitatis constituunt, valde similis est Doctori Ecclesiae s. Francisco Salesio. Aestimatio virtutum naturalium vitaeque ordinariae in perfectione christiana acquirenda; adimpletio accuratissima munerum status; praeferentia virtutum obscurarum vitae ordinariae, uti e. g. humilitatis, oboedientiae, patientiae, mansuetudinis, dulcedinis, virtutibus maioris apparentiae exterioris, uti fortitudo aut opera varia exteriora actionis apostolicae; aestimatio mortificationum interiorum ac illorum quae ex adimpletione munerum status vel ex eventibus circumstantiisque a Providentia Divina dependentibus proveniunt prae mortificationibus exterioribus et sua sponte electis; aequilibrium inter varia extrema; adaptatio necessitatibus temporum vel conditionum; zelus illimitatus quaerenti animas adoperando progressum humanum omniaque media possibilia sunt lineamenta magis charasteristica huius spiritualitatis quae perfectionem evangelicam optime exprimit.

Quoad *spiritualitatem religiosorum in specie* habentur multa indicia generalia ac praesertim particularia CC. RR. Marianos spectantia, quae thesaurum pretiosissimum constituunt spiritualitatis huius Congregationis. Gloria Dei, amor Christi et Ecclesiae, caritas fraterna, fidelitas regulae

cum quadam agendi libertate coniuncta (« Unicuique fratrum satis largus campus reservandus est liberae actioni ad maiorem Dei gloriam secundum talenta sua superiorumque praecepta » - vol. 9, p. 32), desiderium perfectionis propriae maxima cum vigore inculcantur tamquam principalia uniuscuiusque religionis.

CC. RR. Marianis propria Renovator vult praesertim ardens desiderium servire Ecclesiae se suaque omnia praestando ministerio pastorali (« Mihi saepe saepiusque in mentem venit, num nimis parva attentio parochiae in vita Ecclesiae a religiosis tribuebatur » - vol. 9, p. 32) vel aliis operibus quae bonum animarum directe vel indirecte spectant. « *Unusquisque nostrum* — scribit ipse sublineando verba — *sponte sua cum abnegatione totali suiipsius Ecclesiae se dedicare ac consecrare debet*. In hoc video nucleum et essentiam vocationis nostrae: oportet cum plena libertate libenterque semetipsum, omnia superflua, desideria sua, voluptates atque complacentias suas abnegare; oportet abnegare mundum: materialia aliaque eius bona ac vanam eius gloriam; oportet seipsum totum omniaque talenta vel dona sua naturalia ac supernaturalia omnino et totaliter ad bonum Ecclesiae, ad eius defensionem, sustentationem, augmentum prosperitatemque consecrare ac devovere » (Vol. 9, p. 2).

Methodus non mere defensiva, sed potius captus, occupationis, oppugnationis adhibenda est (vide vol. 9, pp. 2-3). « Nonne debeamus conari ubique penetrare, ubique nos inducere, ubi pro Christo et Ecclesia aliquid lucrifacere possumus. Si unus aditus impeditus est, cur non quaerere alium? Si una porta clausa est, aliam faciamus, si una fenestra obfuscata et sub clavi missa, aliam faciamus, ut lucem apportemus » (Vol. 9, p. 12).

Ad melius faciliusque penetrandum, ubi salus animarum postulat, *tractus exterior* membrorum Congregationis sacerdotum communis statui-

tur cum sacerdotibus saecularibus, fratrum laicorum vero cum laicis. « Non signis exterioribus, — scribit Reformator in diario, — sed spiritu, vitae sanctitate, doctrina vere catholica, perspicacitate in laboribus, diligenti adimpletione munerum, amore Dei et proximi, laboriositate, fide forti ac diligentia aliis excellere vel ab aliis secernere solciliti simus » (Vol. 9, p. 37; vide item vol. 10, p. 22).

Ad finem particularem Congregationis reformatae superius indicatum assequendum praeter vitae interioris perfectionem *praeparatio diligentissima ad artem suam exercendam* ab omnibus membris, sacerdotibus vel laicis, requiritur. « Nunquam parcendum est tempori vel hominibus vel pecuniae — legimus in diario, — ad bene excolendos atque educandos illos, quos Providentia divina nobis mandat, ut apti sint opera Ecclesiae vel communitati utilia peragere. Melius est ad tempus hic alioque campos incultos relinquere, quam homines nondum sufficienter praeparatos mittere ad laborandum » (Vol. 9, p. 19).

Haec lineamenta principalia spiritualitatis in genere ac spiritualitatis religiosae, praesertim vero spiritualitatis Congregationis CC. RR. Marianorum, quae est velut infans viscerum eius, iam est indicium clarum plenitudinis vitae interioris Servi Dei de qua nunc disserendum est.

II. DE PERSONA

Indoles scriptorum examinandorum nos iuvat non solum actionem externam Servi Dei cognoscere eiusque opera diversa, sed etiam, — quod pro nostra inquisitione pretiosius est, — desideria eius intima, aspirationes ac intentiones. Haec ultima, uti scimus, decisive influunt valorem moralem actuum humanorum, ideoque quam optime serviunt ad cognoscendas virtutes sanctitatemque ipsius personae. Non est nostrum hic percurrere omnes virtutes ad inveniendas illas apud Servum

Dei. Notamus eas solummodo quae magis ex scriptis examinatis in lucem produnt praecipuumque locum habent in persona auctoris, sequendo tres virtutes theologicas et quatuor virtutes cardinales.

1. *Fides*

Gloria Dei erat finis omnium actionum Servi Dei quod iterum iterumque protestatur in diario vel in litteris. En prima verba diarii nostro examini commissi ex die 14-10-1910: « Vox mea esto: in omnibus Deum quaerere, omnia ad maiorem Dei gloriam facere. spiritum Dei ubicumque introducere omniaque Illo penetrare. — Deus eiusque gloria sit centrum totius vitae meae, sit axis quamcircum omnes cogitationes meae, sensus, desideria actionesque se convertant » (Vol. 9, p. 2).

Persona Christi et Ecclesia mentem eius et cor attrahit desiderium maximum perfectionis christianae assequendae zelumque incomparabile ad salvandas animas inspirat.

Maxima cum humilitate omnes veritates Dei revelatas Servus Dei accepit zeloque incomparabili tamquam unice veram doctrinam Ecclesiae praedicavit eique fidelitatem inconditionatam professus est. Spiritu fidei imbutus in hac luce divina Servus Dei omnia iudicabat agebatque. Certe ex propria experientia scribit: Quando anima nostra a Spiritu Sancto rapta se elevat atque illam sublimem altitudinem advolat ubi SS. Trinitas incomprehensibilis ineffabilisque in sua aeternitate gloria infinita splendet ac lucet, quando postmodum de illa altitudine oculis suis hunc mundum circumspicit, quam miser et parvus apparet ille. De illa aeternitatis altitudine hunc mundum aspiciens, quomodo aestimanda sit unaquaque res terrena quisque locus proprius illius sit apprehendis (*sic*) simulque rebus tamquam instrumentis ad maiorem Dei gloriam uti assuefacis » (Vol. 9, p. 20).

2. *Spes*

Mirabilis confidentiae in Providentia Divina vir fuit Servus Dei. In omnibus circumstantiis vitae suae, in omnibus probationibus, in omnibus difficultatibus angustiisque provenientibus: 1° ex muneribus renovatoris seu reformatoris Congregationis CC. RR. Marianorum sub oppressione zarista Russiae saevienteque bello, quando non solum fundatio alicuius novae congregationis religiosae, sed etiam acceptio novorum membrorum in unaquaque congregatione vel ordine religioso sub poenis severis prohibita erat, 2° ex munere Ordinarii dioecesis Vilnensis, ubi eventus belli, invasio communistarum atheorum nationalismusque effrenatus populationis diversarum nationum regimen dioecesis maxime difficile reddidit, 3° ex munere Visitatoris Apostolici Sanctae Sedis in Lithuania ob controversias non exiguas componendas — in omnibus hisce angustiis vel probationibus Servum Dei vidimus aequi animi imperturbabilisque pacis serenitatisque interioris. Adnotatio eventuum illorum in diario vel narratio eorum in litteris maxima cum tranquillitate fit, tamquam extra vel supra omnes has vicissitudines auctor illorum fuisset. Spes Boni Infiniti, spes gaudii aeterni possidendi omnibus hisce difficultatibus superatis, praesertim vero certitudo interior quam saepe exprimit (e. g. vol. 9, p. 11) de auxilio Divino nunquam defuturo ad illas superandas, reddebat Servum Dei fortem ad suam crucem non ordinarii ponderis quotidie generose portandam.

Maximum tamen influxum in personam Servi Dei eiusque actionem habuit caritas de qua nunc sermo fit.

3. *Caritas*

Haec virtus theologica complectens amorem Dei simul et hominum certe in gradu altissimo apud Servum Dei invenitur. Prius de amore Dei

aliqua dicemus, tunc vero de amore proximi amoreque Ecclesiae qui non est aliud, nisi manifestatio simultanea caritatis Dei et proximi.

1) *Amor Dei.* In suo diario Servus Dei iterum iterumque ex impetu interiori irresistibili prorumpit protestando se amare Deum, amare illum intensissime velleque amare illum semper magis magisque. Ex hisce proclamationibus aliisque omnibus dictis patet amorem erga Deum Servi Dei fuisse effectivum simulque affectivum totamque eius personam cum omnibus eius facultatibus pervasisse omnesque eius actiones informasse. In una nota solius diei 13-1-1911, exempli gratia, post quaedam verba intermedia ter repetit: « Domine, quam amo Te. Da, ut amem Te et numquam Te amare desisterem. Cor meum flagrat amore. Velim sanguinem meum pro Te usque ad ultimam guttam offerre... Amo Te, Jesu, et amare desidero. da mihi gratiam, ut Te semper magis magisque amem... Deus meus, Deus, quam amo Te et quam desidero Te amare. Da mihi, ut possim laborare et pati pro Te tuaque Sancta Ecclesia eiusque capite visibili Sancto Patre » (Vol. 9, pp. 28-29).

Se peccatorem confitens misericordiaeque divinae se confidens die 23.2.1914: « Domine, — exclamat, — vides cor meum, vides quia amo Te semperque Te amare magis cupio. Si observares in me unam solam arteriunculam, quae non vibraret amore Tui, extrahe illam et destrue » (Vol. 9, p. 64).

Non rara, videtur, Servum Dei habuisse momenta, praesertim in oratione, quando amor hic pervadebat omnes sensus immergebatque illum in quadam dulcedine incomparabili rendebatque felicem fecilitate quasi coelesti. « Deus meus, Deus, — scribit die 5.4.1913 in diario, — Quam dulce est servire Tibi. Quid erit in coelo, si adhuc in terra tanta dulcedine imples cor hominis, quan-

do sanctis tremoribus corpus invadis captumque tamquam in tertium coelum portas. Cor languescit, labia non possunt moveri, oculi obtenebrantur, manus pedesque quasi rigidi facti sunt, totum corpus undis cuiusdam sancti tremoris invadis, anima vero, anima in Te quiescit. Nisi bonitas Tua sustineret, videtur, mori debere ob hunc amorem et dulcedinem. Exi a me, Domine, quia peccator homo sum. Domine, non sum dignus, dic tantum verbum. Tu es erigens e stercore pauperem. Domine, Domine, quam Admirabilis es » (Vol. 9, p. 60).

Similes sensationes Servus Dei dicit se habere quando Immaculatam Conceptionem B. M. V. adprecatur, agensque gratias pro illo dono scribit die 13-I.1911: « Prius difficilis erat mihi oratio haec. Nunc vero quam dulce est ad pedes eius preces fundere ac in oratione immergi. Cor quasi languescit dulcissimis sensationibus pervasum corpusque quodam incomprehensibili ineffabilique tremore permeatur. Quasi eandem experientiam habeo quam Crucem tuam Sanctam ad cor pectusque premens » (Vol. 9, p. 29).

Similia expertus est item offerens augustissimum Missae sacrificium. (Vide, e. g., vol. 9, pp. 63-64, ubi gratias agit pro gratia extraordinaria — extasi dulcissima — dum in choro cantus « Gloria in excelsis Deo » prosequebatur).

Amor hic urgebat Servum Dei ad poenitentiam mortificationesque voluntarias sibi imponendas, quamquam sine illis vita eius martyrium continuum fuit. In propositis occasione exercitiorum trium dierum ante votorum renovationem, e. g., legimus: « ... 3) Mortificatio corporis: *a)* bis in hebdomada, feria IV et feria VI, disciplina, *b)* saepe examen conscientiae meridianum prostratum in terra facere, *c)* munera superioris bene adimplere » (Vol. 9, p. 60).

Unum solum timorem in hac vita terrestri Servus Dei habebat, scilicet, minus placere Deo, quam potuisset, minus pro gloria eius peragere, quam vires propriae, divina gratia adiuvante, sivissent. (Vide vol. 9, p. 9). Tota vita eius erat actio continua, praesertim in adimplendo maxima cum fidelitate munera status. Nullam temporis moram perdere cupiens iterum iterumque occasione exercitiorum sibi proponit quam optime uti omni temporis intervallo (E. g. vol. 9, pp. 55, 60). Erat vividissime suum illud s. Pauli: « Caritas enim Chriti urget nos » (2 Cor. 5, 14).

2) *Amor proximi.* Amor Dei ardentissimus erat motivum ultimum supremaque causa illius perfecti amoris proximi, quo Servus Dei omnes, sine ulla exceptione, amplectebatur riteque adimplevit etiam illud maxime arduum praeceptum Domini: « Diligite inimicos vestros, benefacite his qui oderunt vos et orate pro persequentibus et calumniantibus vos » (Mt. 5, 44).

« Quando caritas Dei descendit in cor nostrum illumque dilatat, — legimus in diario 17. 11.1910, — tunc fit in illo spatii copia ad omnes homines, sine ulla distinctione conditionis vel nationalitatis illic collocandos » (Vol. 9, p. 20). Erat tempus — sicut confitetur in littera diei 8-1. 1913 — quando odium sentiebat erga nonnullas nationes, sed omnia haec superavit luce et gratia divina adiuvante. Prae caeteris suos concives diligens eisque prae aliis servire cupiens alios sine ulla distinctione diligit plus secundum quod plus Spiritum Christi habent aequaliterque omnibus, occasione data, servit. « Usque adhuc, — scribit in eadem littera diei 8.1.1913, — ubi potui et quantum potui conatus sum servire omnibus, erant illi poloni vel russi vel germani: animae omnium mihi carae sunt » (Vol. 9, p. 81). Notandum est, inter illas nationes fuisse populi lituani inimicos, oppressores persecutoresque.

Sed maximo in gradu amor hic proximi heroicus se manifestari apud Servum Dei occasionem nactus est versus finem vitae eius terrestris. Nominatus Ordinarius dioecesis Vilnensis totum se prodigavit servire aequaliter omnibus dioecesanis suis, quorum diversitas nationalis causa fuit antagonismi reciproci effrenati. « Antagonismus nationalisticus horribilis est hic », — scribit initio sui alti ministerii (5.1.1919) in diario (vol. 9, p. 139).

Incredibile est, quantum passus est ob persecutiones, insidias, suspiciones, calumnias praesertim ex parte coetuum politicantium inter quos non pauci ecclesiastici, eius subditi, vel aliunde missi, interdum hierarchi alti, fuerunt, sed et ex parte aliorum, etiam nonnullorum concivium, qui non erant in gradu comprehendere altissimam eius impartialitatem. Qualis crux Ordinario habere subditos sacerdotes qui necessitates Ecclesiae necessitatibus sciovinisticis nationis propriae postponunt. Post experientiam primorum mensium, quando unus parochus litteram episcopalem ad dioecesanos missam in ecclesia legere recusavit, amare in diario notat: « Hoc est indicium, quam dediti sunt nonnulli sacerdotes Vilnae rebus politicis. Si quid contrarium ad fines illorum politicos seu nationales esset, etiam Ordinario suo praestandi oboedientiam recusare in animo habent; sed talis est maior pars sacerdotum Vilnae » (Vol. 9, p. 175). Notandum est generatim non fuisse illos lithuanos, concives episcopi.

In primo anniversario ab ingressu in Cathedram Vilnensem, die 8-12.1919, scribit: « Annus hic — dolor continuus; annus crucis. Deo sit gloria. Virgo Sanctissima Immaculata, protege me ac dioecesim » (Vol. 9, p. 239). Cum decursu temporis res adhuc in peiorem partem mutatae sunt. Die 21.11.1923 mulier quaedam portat nuntium in secreto occisionem eius in ecclesia cathedrali a

quibusdam praemeditatam esse. « Custodes non habeo, dixi, — scribit confratri suo, — habent potestatem facere id quando volunt; sed non discedam hinc, usquedum praeceptum Sancti Patris remanere Vilnae habebo » (Vol. 10, p. 170).

Insidiae et calumniae se multiplicaverunt. Anno 1925 calix iam est plenus: « Quantae hic molestiae supportandae sunt, solus Deus videt ac scit, — scribit amico suo die 15.6.1925. — Consolatio unica est, quod adhuc peiora expertus est in hac terra Christus, quamquam innocentissimus fuit » (Vol. 10, p. 120).

Sciens gubernium Poloniae decrevisse episcopum lithuanum in Sede Vilnensi ulterius non tolerare, propter bonum Ecclesiae ipse dimissionem a Sancto Patre petivit. Petitione accepta Romam petiit. Hic, ut notat in diario (vol. 9, p. 282), ex S. Patre scivit se revera bene fecisse sponte sua abdicando a Sede Vilnensi ac ita faciliorem reddidisse S. Sedi solutionem quaestionis difficillimae.

Romae domicilium apud polonos habuit, legatum Poloniae visitavit. Missaeque cum pelegrinis polonis astitit. « Omnia haec feci, — scribit in diario die 13.8.1925, — ut poloni videant, me nullam iracundiam erga illos habere. In conversationibus ubi potui quantumque potui, quod boni a polonis expertus sum in eorum laudem narravi. Benedicat illos Dominus Deus omniaque bona illis praebeat. Denique omnia, quae passus sum, non polonis, sed quibusdam coetibus politicantium attribuendum est. Pro illis quoque oravi atque promisi in futurum ferventer orare » (Vol. 9, p. 282).

Amorem hunc proximi, etiam inimicorum, altissimum fuisse ex eo praesertim patet, quod fuit quasi naturalis passionesque naturae humanae, uti iracundia vel rancor, non habuerunt plus locum.

3) *Amor Ecclesiae.* Amor Dei et proximi sin-

gularem apud Servum Dei expressionem habuit in amore erga Ecclesiam, illud Corpus Christi Mysticum, amplectens simul Deum et homines. Erat vir Ecclesiae sensu plenissimo huius verbi. In diario vel in litteris abundant proclamationes huius intensissimi amoris, ut e. g. die 27.10.1910: « Sancta Ecclesia Catholica, verum Regnum Dei in terra, cupidissime a me amata! Si oblitus fuero tui, oblivioni detur dextera mea, adhaereat lingua mea faucibus meis si non meminero tui, si non proposuero te, Mater mea amantissima, in principio laetitiae meae maximae... » (Vol. 9, p. 15. Vide vol. 9, pp. 7, 20, 28, 59, 75-76, 163; vol. 10, pp. 148-149, 359; fasc. 20, p. 60, 68-69).

Pro Ecclesia laborare, pro Ecclesia pati, etiam mori, si necesse sit, cruces, labores plagasque Ecclesiae habendo tamquam suas, est desiderium vividissimum Servi Dei. Vult pati, contemni et pro nihilo reputari, dummodo bonum Ecclesiae crescat: « Si licet petere, — legimus in diario diei 13.1.1911, — da mihi, Domine, ut tamquam penicillum vel pannus in tua Ecclesia sim, quo omnia mundantur qui vero post usum in quondam angulum remotissimum squalidissimumque iactatur; utinam et ego ita consumatus sim tabescamque, dummodo quidam angulus in tua Ecclesia melius purgatus sit, dummodo in domo tua aliquantulum mundius clariusque fiat. Da, Domine, ut in vinea tua, in tuo agro, tamquam stercus vel fimus sim, dummodo messis copiosior, fructusque abundantior sit. Da, ut contemptus sim, ut sim consumptus tabescamque, dummodo gloria tua augeatur dilatetque, dummodo ita ad crescendum Ecclesiae tuae adiumentum afferam » (Vol. 9, p. 28).

Desiderium illud crescebat in dies faciebatque illum servum fidelissimum Successoris Petri in adimplendis muneribus ab illo commissis red-

debatque illum velut martyrem sine sanguinis effusione.

Gratiam particularem a Deo sibi concessam in eo vidit, quod clare intellexit, nullam alteram viam certiorem dari ad melius cognoscendum indigentias Ecclesiae, morbos humanitatis, errores, opiniones tendentiasque falsas vitandas, veritates prae aliis fidelibus exponendas inculcandasque, quam ex variis Sancti Patris allocutionibus, scriptis, litteris vel ex libris ab eo condamnatis. « O Deus, qualis fortuna habere Magistrum infallibilem... Gratias tibi ago, Domine, pro tam salutari nostrae Ecclesiae institutione » (Vol. 9, p. 62).

Facitque propositum non solum Litteras Encyclicas, sed et alia minora S. Patris documenta attente perlegere.

4. *Prudentia*

Dotatus ex natura sua intellectu capacissimo facultateque non communi recte de agibilibus iudicandi in suis deliberationibus practicis, sicut ex scriptis patet, longe adhuc seipsum superavit. Officia quibus fungebatur, conditiones circumstantiaeque in quibus versabatur exigebant ab illo prudentiam vere suprahumanam. Spiritus orationis quo imbutus erat, praesentia Dei in qua ambulare quasi sine intermissione solebat, desiderium ardentissimum adimplendi voluntatem Dei etiam in rebus minimi momenti dispositionem aptissimam creavit actioni Spiritus Sancti in illo, ita ut Dono Consilii eius perfectissime usus est. Hinc illa perspicacitas praevisioque consequentiarum in deliberandis quaestionibus etiam dificillimis, hinc illud rectum iudicium in unoquoque casu particulari, qui erat simul consequentia eius considerationis, constantiae diligentiaeque in diiudicando res ac in agendo. Nulla praecipitatio, nullus prudentiae carnis solicitudinisque circa temporalia vel futura influxus obumbravit iudicium eius

rectum, quapropter prudentia vere christiana omnes actiones eius influebat ita ut ordine splendoreque tota eius vita fulgebat.

Rarum ac mirandum: se peccatorem miserumque coram Deo confitens, nunquam tamen poenitet de suis decisionibus modoque agendi praesertim in rebus maioris momenti, immo potius notat (in diario) se contentum esse de illis, quia sine ulla partialitate humana, gloriam Dei bonumque Ecclesiae unice respiciens omnia deliberasset ac in omnibus egisset.

Huic virtuti prudentiae attribuendum est item consilia eius numerosa pretiosissima quae subditis suis, superioribus minoribus Congregationis CC. RR. Marianorum in litteris dabat saepissime libertatem relinquens illa exequenda declarans se non omnes circumstantias conditionesque bene cognoscere aliasque solutiones meliores dari posse.

5. *Justitia*

In scriptis examinatis non habemus argumenta propria circa modum agendi Servi Dei, ubi de debito aequali agitur, nisi relatio scrupulosa in litteris de acceptione pecuniae, praesertim ad missas celebrandas destinatae, sed iustitiae strictae fidelissimum fuisse secure deduci potest ex apparitione alterum virtutum iustitiae annexarum, uti *religio, pietas, observantia, oboedientia, veracitas, affabilitas, misericordia.* Desiderium vitae religiosae, cui totum se consecravit, fidelitas votis in religione emissis, submissio completa S. Sedi acceptando munera oneraque quae libentissime evitare voluisset, aperta at simul affabilissima defectuum aliorum in correctione fraterna indicatio, bonitas debilibus peccatoribusque extrema limita tangens — omnia haec sub influxu Doni Pietatis in gradu non communi Servum Dei exercuisse ex scriptis examinatis constat.

6. *Fortitudo*

Si ad nonnullas alias virtutes probandas argumenta propria desunt vel pauca inveniuntur in scriptis Servi Dei examinatis, fortitudo animi apparet in gradu heroico. In medio inimicorum qui eum persecuti sunt, in periculo bonae famae, in periculo captivitatis, exilii vel mortis Servum Dei semper fortem, inconcussum, omni humano timore expertum videmus. In campo pugnae particulariter se tamquam leonem sentiebat: « Quando communistae omnem ordinem destruxerunt decursumque vitae detinuerunt, impossibilis erat omnis actio in dioecesi, — notat in diario; — quaedam depressio cum inquietudine, quoddam taedium me pervasurum erat. Nunc vero, pugna incepta, sentio velut quandam vim novam me invasam, sentio quasi ex novo me vivere incipere (evidens Doni Fortitudinis actio vehemens cui magnanimiter Servus Dei respondet). Nactus sum desiderium ineffabile Ecclesiam amabilissimam defendere, pro ea pati eique me totum consecrare. Etiamsi non pronuntiando nomen bolscevistarum locutus sum directe, decise ac fortiter contra eos ignominiam calliditatemque doctrinae illorum exponens... Glorificatus sit Deus, exaltata sit Ecclesia, Mater amabilissima » (Vol. 9, p. 163).

Non minus grandis fortitudo apud Servum Dei apparet in continuis, parvis et grandibus, difficultatibus molestiisque vitae quotidianae *patienter supportandis*. Difficultates vero erant innumerabiles immensaeque, praesertim quando occultae renovationi Congregationis CC. RR. Marianorum initia dedit. Persecutiones contra Ecclesiam augmentatae sunt, continuum periculum inquisitionis, captivitatis, exilii aderat. Amici quoque multi iudicium severum propter inceptum protulerunt. Postquam ob hanc causam per quinque menses nihil in diario scripserat, die 17.8.1911

exclamat: « Domine meus. Tu solus scis quantas tentationes magnas maximasque vincere debui » (Vol. 9, p. 53). Et non defert quaerelas, sed gratias quoque agit Christo Crucifixo, B. Mariae Virgini Deoque omnipotenti propter mirabile adiutorium, innumerabiles gratias lucemque in medio tenebrarum acceptas ad omnia adversa superanda. Sua sponte hanc viam crucis ob amorem Christi elegit eamque continuare, vestigia Crucifixi sequens, intendebat. Suo fratri, huic electioni assentire nolenti, die 27.3.1913 scripsit: « Postquam sacerdos ordinatus sum, nunquam in vita mea honores quoscumque vel divitias magnas desideravi ac quaesivi; volui solummodo maiorem gloriam Deo tribuere maiorique bono Ecclesiae servire. Quando mihi visum est — alii quoque homines maturi in hac re mihi assensum dederunt — quod, relicta Academia honorabilique officio ibi functo ac ad nationes exteras perrecto, melius causae boni servire possim, nulla respiciens, de nihilo dolens sine ulla haesitatione hoc feci. Labor difficilis hic erat atque semper est, molestias grandes habui atque habeo. Sed hoc non respicio: me consecravi Christo, qui laborum, aerumnarum crucisque viam prosecutus est, atque vestigia eius sequi propono, usquedum potero quantumque potero » (Vol. 9, p. 84).

Quando difficultates adhuc maiores expertus est, praesertim in gubernanda dioecesi, patientia eius ad detenendas insidias, ad calumnias iniurasque supportandas summa erat. Non diminuit neque occultare quaesivit has cruces difficultatesque a suis amicis vel confratribus, sed, aperiens cor suum, nullam prodidit tristitiam, e contra, se acceptare illas animo grato tamquam voluntatem Dei monstravit orationesque pro seipso humiliter petivit.

Mirabilis erat in coercenda ira. Videtur, penitus illam exstinguisse, ita ut iam non era per-

ceptibilis ab extero nec impediebat caeteras virtutes in propriis officiis. Amico suo scribens (11.2. 1913): « Mihi videtur, — dicit, — forsitan te nimis sensibilem esse quibusdam parvi momenti rebus, te nimis celeriter irasci vel aliquid in contumeliam accipere. Ego de hisce rebus studeo tacere, neque me illas sentire ostendo; saepe, postquam resipiscunt, illi ipsi errores suos corrigere volunt dulciores affabilioresque adhuc fiunt. In patientia vestra possidebitis animas vestras » (Vol. 9, pp. 82-83).

7. *Temperantia*

In usu ciborum videtur Servum Dei similiter aliis secundum regulas generales se gessisse non adhibendo austeritatem extremam, dum in moderando potu *sobrietatem proprie dictam*, i. e. abstinentiam totalem a potibus inebriantibus secundum regulas Congregationis ab eo reformatae observavit. In litteris dicit se bis propter circumstantias particulares aliquantulum vini sumpsisse, sed postea tranquillitatem animae turbatam habuisse: nam hic agendi modus aliis confratribus scandalo esse potuit; ideoque in posterum exceptiones se non admissurum promittit.

Duplici ex titulo — ut sacerdos et religiosus — *castitatem perfectam* servare intentus continentiae exemplaris vitam duxisse ex eo iudicari potest, quod interiori huius virtutis cultu praecipue sollicitus cordis affectus animaeque sensus nonnisi in Deum dirigere constanter studuit (vide vol. 9, pp. 24-25) atque non communem perfectionem in hoc adeptus est. Ex notis diarii vel ex propositis recollectionum vel exercitiorum spiritualium occasione hoc clare evincitur.

Ex dictis de fortitudine qua Servus Dei iram comprimere solebat iam innui potest eius animi *mansuetudo* quae motus irae secundum rectam rationem moderavit.

At ex partibus potentialibus temperantiae notanda est praesertim *humilitas*. Veritas illa fundamentalis, scilicet, omnia nos a Deo habere, quae pro pluribus quasi mortua est neque ullo modo voluntatis illorum motus influit, pro Servo Dei realitas erat vividissima ex profunda magnitudinis Dei suique ipsius miseriae cognoscentia proveniens. In omnibus manum Dei videt, se indignum sentiens omnia bona soli Deo attribuit eique pro omnibus gratias agit. Non ab aliis edoctam veritatem, sed sua intima aperiens scribit: « Ex meipso nihil habeo, sed gratia tua dives sum. Omnia tibi consecro... » (Vol. 9, p. 28), petitque a Deo gratiam pro nihilo reputari atque contumeliam pati, dummodo Ecclesia Dei crescat, dummodo gloria Dei augeatur voluntasque eius impleatur. Post numerosissimas molestias superatas scribit: « Pater Coelestis, sine tua gratia vincecere has tentationes non potuissem. Tu semper corroborasti me. Tu semper illuminasti me... Tu semper vivificasti me maximisque gratiis laetificasti. Quid retribuam tibi ego miser pro omnibus quae fecisti vel donasti mihi? Crucem Filii tui quam humeris meis amabiliter imposuisti accipiam ac portabo... » (Vol. 9, p. 54).

Indicium humilitatis Servi Dei est et fuga honoris dignitatumque quae illi proponebantur praesertim postquam omnia reliquerit reformationique Congregationis CC. RR. Marianorum se dederit. « Res miranda, — notat in diario, — Usquedum propositum nondum habui relictis omnibus Christum in contemptu, paupertate, oboedientia sequi... quasi nemo me tangebat, immo longe me tenebant homines ab omnibus officiis excelsis honoribusque, inimicus Ecclesiae quoque: liberalis, socialista, tseekista edictus fui. Sed vix primos passus feci, ut vere Christum sequerem, officia alta insigniaque sicut Rectoris Seminarii, canonicatus, mihi offerre homines coeperunt »

(Vol. 9, p. 54). Atque serius, volens se totum Congregationi suae consecrare, nonnisi ex oboedientia S. Sedi episcopus factus est. « Neque divitias, neque vanam gloriam, neque dignitates unquam desideravi, — scribit 20.6.1913 fratri suo, — eo magis nunc non respicio illas, sollicitus sum solum quomodo Deo placerem, quomodo Ecclesiae ac hominibus quid boni facerem. Quid homines de me dicturi sint, non mei interest » (Vol. 9, p. 93).

Se peccatorem existimans (« Video, tamen, me plenum imperfectionibus, verum et magnum peccatorem esse » - Vol. 9, p. 55), non facile putabat iniuriam sibi illatam fuisse. Quamquam ex natura sensibus subiectus, paulatim quasi insensibilis variis iniuriis ac humiliationibus factus est. Amicum suum humiliatum consolare volens in memoriam revocat exemplum suum: « Quando prima vice a sacerdote exemplari audivi, quod Ordinariatus Varsaviensis me atheum esse putat neque mihi facultatem confessiones audiendi ac praedicandi concessurus sit, dolore maximo afflictus fui, aegrotum me sentivi, per duas hebdomadas quietem non invem. Sed hoc cooperavit in bonum. Me ipsum, vitam meam, verba mea et opera profunde examinavi assuetusque sum hisce obiurgationibus, immo, meas feci illas, ita ut in posterum graviores adhuc obiectiones suspicionesque fere nullam animi commotionem in me provocaverunt » (Vol. 9, p. 74). Altero amico simili occasione dicit, se quasi non audire sermones condemnatorias aliorum auscultando: est tamquam sonitus campanarum qui transit. « Consolor, nos neque meliores neque peiores propter hos sermones fieri » (Vol. 9, p. 89). Atque tacere solebat supportando illas, exemplum Divini Magistri sequens.

Postquam omnia haec de doctrina et de virtutibus Servi Dei Georgii Matulevicius dicta sunt, videtur non satis dicta vel ob imperitiam scriben-

tis vel ob difficultatem verba ac sententias lithuanas recte in linguam latinam traducere. Scripta enim Servi Dei quandam unctionem sublimitatis atque profundae spiritualitatis habent, quae facilius est percipere quam exprimere. Lectio illorum non minori aedificationi servit quam lectio scriptorum ab illustribus Ecclesiae Dei viris, honore altarium ornatis, conscriptorum. Legendo illa habetur sensus auctorem illorum revera Virum Dei, Virum Ecclesiae, Virum Sanctum fuisse.

Romae, die 11 aprilis 1959

. . . .

V

Votum prioris Censoris Theologi super scriptis Polona lingua exaratis, eidem S. D. tributis.

Votum de scriptis S. D. Georgii Matulewicz, M.I.C., Archiepiscopi

Scripta S. D. Georgii Matulewicz, M.I.C., archiepiscopi, meo examini subiecta, comprehendebant:

1) Epistolas et Miscellanea (Vol. 12 - dactylogr.)

2) Pias ad sorores exhortationes (Vol. 13 - dactylogr.)

3) Varia argumenta religiosam perfectionem respicientia (Vol. 14 et prima pars vol. 15 - dactylogr.)

4) Materiam Instructionum et Constitutionum pro sororibus (Vol. 15, pars secunda - dactylogr.)

5) De Immac. Concept. B. V. M. dogmate (Vol. 25 - photo-reproductio articuli in periodico « Maryawita » publicati - incompl.)

6) Varios articulos in « Podreczna encyklopedia koscielna » publicatos (Vol. 26 - photoreproductio)

7) De christiana theoria iuris proprietatis (Vol. 27 - photo-reproductio conferentiae in « Kursy spoleczne » [Corsi sociali] publicatae)

8) De democratia christiana (photo-reproductio articuli publicati in periodico « Pracownik Polski »)

9) Commercium epistularum Curiae episcopalis Vilnensis cum Universitate Vilnensi (Vol. 28 - photo-reproductio)

Quae omnia scripta, ad normam can. 2068, diligenter examinavi nihilque in eis, quod fidei et moribus absonum sit, inveni, excepto uno casu, in quo, licet S. D. aperte doctrinae Ecclesiae non contradicat, nihilominus tamen cum Eius mente non concordat.

In duabus scl. contionibus de Passione Christi, S. D. describendo iniquam actionem Judae-traditoris et consequentes remorsus conscientiae, desperationem et suicidium, eum damnatum esse declarat. Huius autem rei assertio — considerata immensa bonitate Dei Eiusque infinita misericordia, quae etiam in ultimo vitae instante peccatori perdonare potest — numquam ab Ecclesia fuit admissa. Ex altera autem parte, Ecclesia numquam etiam contrarium declaravit. Sub hoc ergo aspectu considerata assertio S. D. aperte non contradicit doctrinae Ecclesiae, licet eius menti sit aliena (Cfr. Vol. 15, pp. 57 et 99).

His non obstantibus, S. D. praeclarum ac subtilem in scientiis theologiae catholicae et iurisprudentiae ecclesiasticae animum manifestat. Eximia expositio Ecclesiae doctrinae de Immaculata Conceptione B. V. M. (vol. 25), de iure proprietatis (vol. 27), de democratia christiana

(folii soluti), varii insuper articuli in « Encyklopedia » (vol. 26), necnon schema Instructionum et Constitutionum pro sororibus (secunda pars vol. 15), evidenter hoc demonstrant. Attamen non solum acumen intellectuale, verum etiam et qualitates morales, elevatus, scl. virtutum splendor et altitudo christianae perfectionis, ex scriptis S. D. non dubie emanant.

Superior Generalis proprii Instituti et ad sedem episcopalem vilnensem contra voluntatem evectus, ob rationes et circumstantias politicas, belli causa exortas, S. D. non facilem vitam duxit. Attamen confidendo Deo et Beatissimae Virgini, omnes difficultates ac molestias aequo ac sereno animo perferebat. « Parcat illis Deus », vel « voluntas Dei », aut « oportet pati », vel etiam « Sit Deus in omnibus veneratus » — scribit S. D. in suis epistulis ad confratres (Cfr. vol. 12, pp. 20, 26, 137, 140, 254). Et quando iam Romae sedem ac domicilium constituit, iterum scribebat: « Pro omnibus persecutoribus meis semper oravi et veni Romam, ut ibi separatus, tamquam verus religiosus, fidelius Deo servirem et plus pro Ecclesia laborarem » (Cfr. vol. 12, p. 283).

Ex eodem loco, in alia epistula scribebat: « Semper pro Deo et Ecclesia laborare studui. Quodsi homines intentiones meas male interpretabant et adhuc interpretant, parum mea id refert; etenim non ab eis sed a Deo, ad Cuius gloriam vivere et laborare studeo, premium expecto » (Cfr. vol. 12, p. 292). Uno autem confratri, nondum sacerdoti, confitenti tribulationes et spirituales difficultates, respondit: « Cruciatus non desunt... et in vita sacerdotali erunt adhuc numerosiores; nil mirum — sacerdotes Jesu Christi Crucifixi sumus » (Cfr. vol. 12, p. 166 et etiam p. 192).

Iuxta immensam fiduciam, quam semper in Deo et in Virgine Immaculata reponebat (cfr. vol. 12, pp. 50, 60, 78, 85, 96, 167, 171-5, 207, 256, 258),

et iuxta voluntatem in omnibus Deo serviendi (cfr. vol. 12, pp. 19, 89, 114, 127, 135, 140, 143-145, 169), notandus est etiam in S. D. immensus amor erga Deum et proximum. « Noverim Te, ut amem Te »! Haec verba s. Augustini multoties in conferentiis et exhortationibus S. D. repetuntur. « O quam valde doleo, quia populi, factiones, classes et individui, tanto odio se habent. O quam recedimus a spiritus evangelii! Ego sine discrimine omnes homines diligo et velim, ut etiam in nostra Congregatione religiosa haec caritas fraterna semper floreat. Solum opibus fidei et caritatis Christo et Ecclesiae animas lucrare possumus » (Cfr. vol. 12, pp. 35-36; cfr. etiam pp.: 5, 13, 15-16, 36, 144-145, 164, 168, 171-173, 175-176, 178, 261). De uno aegroto confratre, quamvis ille suo modo agendi dubia signa vocationis religiosa daret, haec disposuit: « Curandus sit cum omni caritate et sacrificio. Deus alio modo hoc nobis retribuet. Vince malum in bono » (Cfr. vol. 12, 78). Et in una sua epistula Romae scripta, fatetur: « Plus in nobis sacerdotibus et religiosis video defectus, plus perspicio divinam, Spiritus Sancti in Ecclesia operationem; plus etiam mea fides et amor erga Deum crescit » (Cfr. vol. 12, p. 293).

Cum amore Dei et proximi, stricte iungitur in S. D. etiam virtus humilitatis. Quando unus ex confratribus male inspiratus, aliqua verba contra Ordinem Societatis Jesu loqui ausus est, S. D. certior factus, cum maxima simplicitate in una sua epistula respondit: « Displicet mihi talis locutio... Patres Jesuiti tanta opera fecerunt tantaque merita habent! Nos indigni sumus ne quidem pulverem ex eorum pedibus abstergere » (Cfr. vol. 12, p. 198). Et in alia epistula, S. D. adhuc evidentius suum humilem spiritum manifestat: « Faveas semper aperte scribere, sine timore me offendendi. Quando scripsi ad confratres, quod 'Deus elegit ignobilia et contemptibilia mundi', non scripsi modo figurato, sed revera fui comper-

tus huius assertionis. Si homines scirent tristia secreta animae meae, sicut ea scit Deus, adhuc peius de me scriberent. Intelligo bene quam dolorosum est pro vobis et triste, quod de me scribunt et quam Instituto et activitati vestrae nocet. Sed nihil possum. Aegre fero me fontem esse harum omnium molestiarum, quae me nolente sed mei causa, Congregationi nostrae afferuntur. Restat mihi solum orare. Attamen certe habeo, etsi infirmitate nostra non intelligimus, hoc etiam sapientissimo Dei consilio disponi et posse, Ipso providente, prospere nobis in posterum cedere. Huius rei gratia omnia haec puto humiliter ex manibus Eius nobis accipienda esse » (Cfr. vol. 12, pp. 255-6).

Etiam quod ad virtutem obedientiae attinet, S. D. eam in maxima habuit consideratione. Praeclarum est eius dictum: « Vis amare Deum — obedire debes » (Cfr. vol. 15, p. 214). Quapropter ex obedientia Summo Pontifici debita, acceptavit sedem episcopalem vilnensem, etsi gravissimas difficultates ex hoc pro se orituras esse, praevidit (Cfr. vol. 12, pp. 160 et etiam 89, 180, 184, 188, 190, 192).

Item ex modo loquendi de angelica virtute castitatis, facile deduci potest in quanta veneratione eam habuit. Sacerdos est homo Dei, alter Christus, ergo etiam exemplum Christi, qui in virginitate vivit, sequi debet (Cfr. vol. 15, p. 196 ss. cfr. etiam vol. 12, p. 112).

En aliquae observationes, quas post examen scriptorum S. D. breviter in unum conferre studuimus. Severus cum seipso, benignus, mansuetus et humilis cum aliis, amore Dei plenus, omnes et omnia ad maiorem Dei gloriam dirigere conabatur. Attamen has nostras observationes, Em. Domino Cardinali, causae Ponenti submittimus, Cui erit Suo sapienti iudicio rem decernere.

Romae 14 martii 1958.

. . . .

. . . .

VI

Votum alterius Censoris Thelogi super scriptis Polona lingua exaratis, eidem S. D. tributis.

I.

De indole generali.

Scripta Servi Dei Georgii Matulewicz-Matulevicius, EPP. constant:

1) Quatuor voluminibus manuscriptis

2) Quatuor fasciculis typo impressis (luce reproductis)

3) Duobus fasciculis typo impressis (luce reproductis) - disiunctis.

1) *Volumina manuscriptorum:* vol. 12, 13, 14, 15.

Vol. 12. — Comprehendit epistolas Servi Dei et Miscellanea.

Epistolae, numero 170, maxima ex parte, i. e. 168 conscriptae fuerunt inter annos 1918-1926, excepta una ex anno 1909 (p. 210) et una ex anno 1915 (p. 103). Epistolae directae sunt maxima ex parte ad Episcopos, Religiosos suae Congregationis, ad Sorores Congregationum fundatarum vel fundandarum. Epistolae numero 99 diriguntur ad tres praesertim Religiosos Superiores suae Congregationis: Bronikowski Casimirum (pp. 20-102), Jakowski Vlodimirum (pp. 106-156), Kulviec Leonem (pp. 180-198) et Warszawski Stephanum (pp. 221-269). 16 epistolae directae fuerunt ad Superiorissam Religiosarum Jeute Wandam (pp. 167-177). Hae epistolae modo speciali aptantur ad cognoscendum spiritum S. D. Geor-

gii ut Congregationis religiosae Superioris generalis. Ex his epistolis constat praesertim de summo amore Religionis et Congregationis et desiderio gloriae Dei ope Congregationis Marianorum Imm. Conceptionis, tunc reformatae, augendae. Inter munia episcopalia dioecesis Vilnensis ipse personaliter omnia negotia cognoscit et dirigit. Scientia haec subditorum usque ad minima extenditur, ad admissionem candidatorum, eorum studia et progressus in vita spirituali, nec non difficultates tum laboris pastoralis, tum vitae spiritualis, tum valetudinis, tum etiam vitae cotidianae. Inde omnibus omnia fit dispositionibus, consiliis, hortationibus, solutione difficultatum. Inde epistolae eius, etiamsi brevissimae, scatent multiplicitate argumentorum et negotiorum. Omnia permeantur spiritu fidei, amor Dei et proximi salus undique eluceet, nulla remissio spiritus in difficultatibus, nulla pusillanimitas.

Modo speciali in epistolis Servi Dei probantur virtutes morales: *Prudentia* Servi Dei his exprimitur verbis: « Prudentia regula debet esse zeli omniumque aliarum virtutum » (p. 94). Inde in eius regimine tum Congregationis tum etiam Dioecesis omnes dispositiones ita dantur, ut huic regulae satis fiat. Exinde omnes dispositiones mature considerantur, habetur ratio circumstantiarum tum personarum tum temporum, praesertim in educatione personarum religiosarum et fundatione novorum domorum Congregationis (cfr. epistolas ad P. Bronikowski (pp. 20-102), vires singulorum considerantur nec plus ipsis imponitur quam ferre possunt. Nimius ardor aliorum Congregationis membrorum sapienter et prudenter moderatur, ne opera imperfecta evadant. Habetur etiam ratio valetudinis omnium sacerdotum et clericorum Congregationis, earumque rationalis cura commendatur et media suppeditantur. Inde etiam res

oeconomica Congregationis bene invigilatur, praesertim in constructione novorum domorum et evolutione operum Congregationis (iuvenatuum, scholarum, parochiarum etc.). Hac prudentia ductus, Servus Dei saepe saepius, expressa sua opinione, remittit negotia ad ulteriorem considerationem Superiorum localium simul cum eorum consiliis claustralibus. Fere in omni epistola maioris momenti, ubi maiora negotia tractantur, haec commendatio semper est in usu. Haec prudentia fortasse in directione aliorum exprimitur hac maxima: « Melius est Deo rationem reddere de nimia tollerantia et conniventia, quam de nimia severitate et inflexibilitate » (p. 94). Praeter plurimas notitias, quas epistolae Servi Dei ad Superiores suppeditant, earum lectio hominibus optimam rationem regendi imprimere potest. *Fortitudo* Servi Dei apparet praesertim occasione eius promotionis ad Sedem Vilnensem (1918). Dignitatem hanc abhorret eius natura (pp. 180. 188, 192) ita ut ne in somno quiescere potest, et petit instanter, ut eximatur a hac dignitate. Dissuadet ratio laborum Congregationis Marianorum (pp. 188, 190 etc.), ubi eius praesentia necessaria ipsi videtur. His considerationibus pressus: nominationem hanc sibi esse periculosam, Congregationi damnosam, Ecclesiae Vilnensi inutilem (cfr. p. 180), tamen difficultates has obedientia superavit ductus hac veritate: « Ibi omnis homo plus faciet, ubi melius sibi et mundo mori sataget, et relictis omnibus, sine ulla restrictione se Deo dicabit » (p. 179). — « Factum est. Voluntas Dei, quae acceptari debet... Tranquillus iam sum et cogito novum inchoare laboris genus. Scio crucem mihi prostare, sed Dominus Jesus nobis aliam viam non est pollicitus » (p. 192). Et revera crucem hanc portavit usquedum a Romano Pontifice, Vicario Christi fuit avocatus, quam avocationem semper suspiravit (pp. 160, 137) et tandem ali-

quando cum gaudio accepit, prout patet ex epistolis, quae in scriptis Miscellaneis inveniuntur. — *Humilitas* in Servo Dei etiam ex ipsis probatur litteris, plus fortasse quam ex scriptis asceticis, ubi alios docebat. Hic tamen argumenta cotidiana dantur, Servum Dei de hac virtute non solum rectam habuisse doctrinam, sed etiam vere humilem duxisse vitam. Totus stylus eius epistolarum humilem praesefert animum non solum erga Deum, sed etiam erga homines. Stylus hic omni privus est pompa et vanitate, estque omnino sincerus. Vitantur prolixitas et circumlocutio, et sola tractantur negotia. Salutationes omnem vitant adulationem suntque summe simplicia. Supplicat semper, ut de ipso memoratur in oratione apud Deum. Subscriptio est fere semper simplex: Georgius, Episcopus, vel etiam: Georgius. Epistolae eius fere omnes ad inferiores sibi dignitate et gradu diriguntur, et tamen, nisi subscriptio id nobis revelet, difficile cogitatur de persona dignitate insignita episcopali. A simplici clerico, usque ad Archiepiscopos et Cardinales omnes tractat cum pari sinceritate, iustitia, amore, humilitate. Tractat etiam omnia negotia vitae cotidianae, a summis ad ima usque. Hic est character generalis et universalis eius epistolarum, nulla quasi excepta. Servus Dei de se humiliter sentiebat, ut patet ex gr. ex hac expressione eius: « Pleni sumus miseria omnis generis. Hoc tamen debet esse motivum, ut humiliamini coram Deo et hominibus » (p. 15); suam personam vocat « miseram » (p. 26), non vult, ut de ipso loquatur (p. 58), evitare contendit novas dignitates, etiam archiepiscopales (p. 154), petit, ut de ipso orationes ad Deum fundantur, ne pereat in aeternum (p. 169), in conscientia perturbationes sentit, ne sibi nimis bene in hac vita succedat (p. 175), non praesumit de suis viribus, imo est sibi persuasus se non multum posse (p. 180), claustrum vocat nosocomium, ubi homines veniunt, ut sanen-

tur de suis morbis spiritualibus (p. 197), sese cum tota Congregatione humiliat coram PP. Soc. Jesu, quibus non est dignus abstergere pulverem de pedibus eorum (p. 198), de se suisque saepe saepius affirmat: « Infirma et ignobilia elegit Deus » (cfr. pp. 199, 256). Insuccessus suos aliis confiteri non veretur (pp. 205-206), omnia gratiae adscribit divinae (p. 211), eius dispositionibus et voluntati sine ulla obedit conditione (p. 236). In occasione calumniarum et obiectionum sibi obiectarum publice in ephemeridibus, confitetur sincere ad P. Warszawski: « Scribendo ad Fratres, quod: Deus elegit ignobilia et contemptibilia mundi, non sum usus his verbis rhetorice solummodo, sed dixi cum sensu profundo et ex convictione. Si homines scivissent historiam tristem animae meae, ut Deus eam noscit, plus etiam scripsissent de me mali » (p. 256). Non vult iustificari coram hominibus, nisi ob rationes altiores, gloriam Dei, et bonum Congregationis. Sed ubi nihil potest, omnia ad Deum eiusque iusta iudicia remittit (p. 256). Dolor eius non ex ipsis oritur calumniis et iniuriis sibi personaliter illatis, sed quia Dei minuitur gloria, et bonum impeditur Ecclesiae. Ad Dom. Zdziechowski ita scribit in ipso actu resignationis voluntariae Sedi Vilnensi: « Dolorosum id erat mihi sane quia propter meam miseram personam Deus offenditur et magna patrantur Ecclesiae damna, sed non ideo Vilnae abdicavi, quia metuebam calumnias, vel quia volebam effugi crucem; circumstantiae id exigebant. Notum enim erat, quod, Concordatu innixo, Gubernium obstabit fortiter ne nominarer Archiepiscopus. Factiones nationales similiter hunc actum nollent tuli tranquilliter... Pro omnibus, qui opponebantur mihi semper oravi Deum et veni Romam, ut hic in solitudine ut Religiosus fidelius adhuc serviam Deo et magis adhuc laborem pro Ecclesia » (p. 283). Actum hunc, unum suae humilitatis personalis, summa cum pace, tranquillitate, et sereni-

tate acceptavit, ut qui omnia Deo non sibi adscribit (cfr. pp. 290-293). — Ex his et plurimis aliis constat de vera Servi Dei humilitate, quam non ex necessitate quadam, sed propter amorem Dei exercebatur. Hunc amorem Dei, in omnibus adversitatibus et humiliationibus semper sublineabat Servus Dei et aliis etiam inculcabat.

Quod alias spectat virtutes, commemorare hic videtur etiam necesse eius *amorem proximi,* imo fraternam *(sic)*. Dolet sincere de defectu caritatis: « Tristis sum et afflictus, quia tanta inveniuntur odia inter nationes, factiones, classes et individua. Longe distantes sumus a spiritu evangelii. Ego diligo omnes homines sine discriminationibus, desidero ut in Congregatione nostra caritas haec floreat semper. Solummodo vi fidei et dilectionis animas Ecclesiae et Christo acquirere possumus » (p. 36) (Cfr. pp. 164, 234, etc.). Ad Sororem vero Jeute Wandam scribens, commendat: « Dilige Sorores, quia Jesus amat eas et serve ipsis, uti Sponsis Jesu » (p. 172). Amorem hunc ipse non solum verbis, sed praesertim operibus totius vitae demonstrat. Gaudet de successibus aliorum (in omni fere epistola), dolet de defectibus Sacerdotum et Regularium, exercet opera amoris quoad animas et corpora aliorum, praesertim vero confratrum: de intimis et de minimis curat. Hortatur ad sanctificationem et perfectionem, consolat tristes et afflictos sublevat verbo et opere, ignoscit imbecillitati, sed eradicat fortiter defectus et imperfectiones, curat ut omnes habeant necessaria ad vitam ut curent de valetudine, invigilat ne famem patiantur, sed monet ne nimis rebus indulgeant oeconomicis (cfr. pp. 5-6, 128, etc.), se ipsum exinanivit laborando pro fratribus. Non sua quaerit, sed aliorum. Res personam propriam spectantes in epistolis eius fere desunt, paucis tantummodo, et necessariis exceptis. Orat de fratribus, omnes semper benedicit, salutat etiam confratres iuvenes et laicos, nullius obliviscitur. Exempla perplurima, et omnes fere epistolae eius

servire possunt ad amorem hunc proximi probandum. Qui eius scribet biographiam, eius epistolas praeterire non potest, ut eius amorem proximi illustraret.

Quia maximae difficultates et obiectiones ei movebantur ratione s.d. « nationalitatis », unde omnes proveniebant contentiones inter varias nationes, ubi Servus Dei vivebat et officia sua implebat, attento praemisso examine dicendum est: Servum Dei omnes aequali comprehendebat amore. Nec in Congregatione, nec in Dioecesi alios prae aliis praesefert; non datur pro eo nec lithuanus, nec polonus, nec alboruthenus, nec lettonus. Imo, omnibus scriptis Servi Dei attente examinatis, non possum hodie affirmare eum certitudine, cuiusnam gentis est ipse Servus Dei: polonicae, lithuanicae, an altboruthenicae? Inde inutile immo impossibile esset eum in hanc vel illam trahere partem, quia ipse in scriptis suis nullibi sese huic vel illi genti, vel factioni adscripserit. Haec conclusio probatur tota serie eius scriptorum polonico sermone exaratorum.

Nunc gressum faciendo ulteriorem, quaedam ad eius *biographiam* ex eius epistolis extrahere utile fore duximus. Nam in aliis scriptis eius paucae tantummodo, et quidem indirectae notae biographicae inveniuntur. Nam non sua quaerit Servus Dei, sed quae Dei sunt.

Notae biographicae ex epistolis Servi Dei excerptae illustrare possunt eius patientiam, mortificationem, indefessum laborem et in adversis constantiam.

Prima epistola ad Alinam Niezabytowska, ex anno 1909 (die 14.VII), enarrat nobis quaedam de eius vita Petersburgensi: « Iam per duos annos dego Peterburgii, vocatus in magistrum Academiae Spiritualis. Deus Dominus roboravit vires meas ita, ut praeter omnes exspectationes bene valeo et perplurimos possum exsequi labores. Sacerdotes perpauci, sed labores permulti. Inde duo

per annos confiteri possum, me pro tribus laborasse. Scio vitam meam esse in manu Dei et fere miraculose aliquibus vicibus fuisse conservatam, ideo contendo, inquantum scio, eam Deo reddere ad eius gloriam laborando » (p. 210-211; hoc tempore S. D. Varsaviae per sex manebat hebdomadas, Petroburgum deinde reversurus).

Consolando quemdam sacerdotem an. 1925. scribit de sua vita iuvenili: « Ne cadas spiritu ob tuam valetudinem. Ego enim ab anno 15 vitae meae luctor cum morbo ossium; aliquibus vicibus fui invalidus modo valde gravi, interventus subii chirurgicos, et nunc non valeo; ante aliquot temporis pede laboravi, sed nunc iam melius me habeo » (p. 178). Sed, ut dicit in alio loco: « Mihi cruces et dolores novas addunt vires et stimulum ad laborandum. Sursum corda » (p. 50).

Pleniores notas de eius vita habemus tantummodo ex ann. 1919-1926. Mense Augusto an. 1919 se contulit ad conferentiam episcopalem Gnesnae (p. 107). Anno 1920 agit de misero statu suae dioecesis, quae inter varios divisa Status caret sacerdotibus, eiusque vero Sedes Vilnensis iam octo habuit brevi tempore Gubernia (cfr. pp. 115, 116, 159). Ipse Episcopus calumniatur et eius opera in suspicionem ponitur (p. 120). Qua de re suspirat ut ad cellam reverteretur et in silentio suam exerceret religiosam activitatem (p. 281).

Annis 1921-1922 dioecesim suam mense Augusto bis visitavit (p. 23, 25, 224, 123). Simul cum hac activitate pastorali ipse ob circumstantias politicas « partem purgatorii » Vinae vivere debuit (p. 121).

His omnibus non obstantibus ipse in persona sua anno 1923 in sua cathedrali ecclesia Vilnensi Passionem praedicat Christi Domini (pp. 40, 82). Vitam suam mense Maio describit ut illam ad metalla damnati (p. 46); « diu noctuque insudo in Constitutionibus componendis, omne liberum mo-

mentum hunc in finem dicando, surgo hora 3 vel 4 mane » (pp. 47, 133, 137, 166 etc.). Hoc eodem anno contulit se Varsaviam et Romam, (130, 131, 204), in Bad Kissingen, Germania, valetudinem curavit, quia erat « valde defatigatus et exhaustus » (p. 131). Anno 1924 in Junio iterum visitationem peragebat dioecesis (p. 64), Rigam se contulit ad consecrationem sui discipuli Exc. Rancan (p. 63). Hoc eodem anno operam dabat revisioni Constitutionum PP. Marianorum, laborando omnibus viribus (p. 140), et secundum suam consuetudinem de somno detrahendo, quia solummodo de nocte laborare potuit in pace (p. 140).

Post brevem residentiam Romae, iussu Summi Pontificis an. 1925 contulit se in Lithuaniam (pp. 85, 89), ut res ordinaret ecclesiasticas ad parandum Concordatum. De hac periodo scribit ad P. Bronikowski: « Vilnae saepe impressionem habuit me esse iam in antecamera inferni, hic tamen (in Kowno) cum ipso Lucifero congressus sum ad pugnandum... Conscius mihi sum me iam vincere spiritum tenebrarum. Istud genus spirituum non eicitur nisi oratione et ieiunio. Preces fundo » (pp. 89, 153)). Antequam tamen missionem in Lithuaniam obtinuit, de valetudine curare debuit: « Apud me medici initium invenerunt pinguedinis cordis. Ideo de valetudine curari caepi. Feria sexta ieiunio, et quatuor pocula lactis bibo; praeterea vitare debeo nutrimentum liquidum et dulcia. Exercitia physica mane facere debeo et aqua frigida me abstergere. Exinde dolorem in pede accepi, quem tamen circumscribere mihi contigit » (p. 151). Mense Julio tamen in oppidum Ciechocinek contuli se debuit valetudinis causa, ob « nimium laborem et defatigationem, anemiam, et debilitatem cordis » (p. 175). Mense Septembri, ut videtur, Sedi Vilnensi resignavit (pp. 290, 291, 292), intimis desideriis animae ductus et circumstantiis politicis pressus, quam tamen resignationem animo sereno et tranquillo sustinebat (p. 292), pro amicis et ini-

micis orando Deum (p. 292). Exinde in Lithuaniam missus fuit (mense Decembri). Hanc missionem usque ad Martium 1926 obibat, spiritum tenebrarum profligando. « Laboravi diu noctuque, ieiunavi et oravi. Deus benedixit laborem meum et post unum iam mensem res in melius conversae sunt. Primo mense una tantummodo nocte per sex horas dormivi, alias a tribus usque ad sex horas tantummodo » (pp. 90, 153), et Deus coronavit opus Servi Dei. Omnes labores Deo pro Congregatione sua obtulit, ut suae absentiae a Congregatione satisfaceret (p. 91). Hic per breve tempus considerabatur ut candidatus ad Sedem archiepiscopalem Kovnensem (p. 91). Roma contulit se in Americam septentrionalem, ubi suos Confratres visitavit, in sudoribus sine intermissione laborando (p. 97). Dein iterum missus fuit in Lithuaniam, ad opus pacificationis et reformationis Ecclesiae perficiendum, quod feliciter successu coronavit (pp. 99, 101).

Ut ex epistolis Servi Dei patet, vita eius erat plena dolorum et laborum. Intentiones eius purissimae, methodus dulcis et benigna, attamen tum in ipsis initiis eius episcopatus, tum eo durante, tum etiam in ipsa a munere hoc cessatione permulta pati debuit, calumniis et iniuriis divexatus (pp. 180, 185, 188, 190, 193-194; 126-127, 143-145). Servus Dei, epistolis eius perscrutatis, considerari debet victima odii quo gentes Europae orientalis hoc tempore divexabantur, quibus in circumstantiis vir iustus, dilectionis et amoris omnium plenus vix tollerari potuit, imo primos et duriores obtinebat ictus.

Miscellanea, numero 31, respiciunt dioecesim Vilnensem, Congr. Marianorum, et diversas Congregationes Sororum (Salesian., S. Vultus etc.), et quaedam documenta biographica ann. 1899, 1901. Considerari debent haec documenta miscellanea, ut complementum naturale eius epistola-

rum, et ita etiam unam constituunt seriem, nisi in collectione distinctio haec facta esset. Ann. 1922-1925; except. ex an. 1899 (p. 348), 1901 (p. 347).

Quod spectat *virtutes* Servi Dei, nihil novi addunt, nisi iam superius enumeratas confirmant. Etiam hic apparet clare bonus Pastor et Superior religiosus, qui omnibus omnia factus est. Litterae commeatus, post resignationem Sedis Vilnensis, eius animum humilem confirmant (pp. 298-305), quem etiam erga suum Superiorem ecclesiasticum (pp. 324-325) ostendit. In hac parte invenitur etiam unica Epistola pastoralis Servi Dei, data ad populum catholicum Vilnensis, temporibus difficillimis suae historiae (pp. 336-338), ubi eius zelus pastoralis et vigilantia elucet.

Ex documentis Miscellaneis etiam quaedam ad eius *biographiam* adiungere possumus. Hic prostat eius breve curriculum vitae, sequentis tenoris «Georgius Boleslaus Matulewicz natus est die 28 Maii 1871 in pago Lugine, in districtu Mariampol, ad Suwalki, e parentibus agricolis. Quatuor annos Gymnasii Mariampolensis absolutis, per aliquod tempus in domo parentum permansit. Anno 1891 admissus in Seminarium Kelecense, ubi permansi usque ad ann. 1893, i. e. usque ad eiusdem suppressionem. Ulterius studebam in Seminario Varsaviensi. Anno 1895 missus fui in Academiam Romano-Catholicam Spiritualem Petersburgensem, quam absolvi an. 1899, cum gradu Magistri S. Theologiae. Ordinatus fui sacerdos per manus Excel. Dom. Episcopi Niedzialkowski, Rectoris Academiae, Suffraganei Mohiloviensis die 8/20 Novembris 1898 an.» (p. 348). — Sed mox, mense Julio an. 1901 gravi vexatur morbo (Tbc), unde omnem laborem interrumpere debuit, etiamsi zelus et aetas iuvenilis eum ad laborandum in Vinea Domini compellebant (cfr. p. 347). Scimus etiam ex decreto visitationis Sororum

Congregationis Vultus Domini eum anno 1915, mense Aprili, munus visitatoris obiisse optimasque decisiones et dispositiones tulisse (cfr. pp. 343-345), cum debita prudentia, moderatione, et amore.

His dictis et sublineatis documenta principaliora ad cognoscendam vitam et virtutes Servi Dei Georgii Matulewicz-Matulevicius examinavimus. Epistolae hae primarii considerari debent momenti ad stabiliendum spiritum vivum Servi Dei, et non solum eius rectam doctrinam, quae in aliis invenitur scriptis. Hic Servus Dei cotidianus nobis obviam apparet, quae apparitio constantem imaginem Servi Dei, sibi semper fidelem probat. In imagine hac nihil contradictorium sibi invenimus, sed lineamenta clara animae propriam perfectionem, salutem animarum et maiorem Dei Omnipotentis gloriam semper et constanter quaerentem in minimis usque vitae propriae aliorumque circumstantiis.

* * *

Vol. 13. — Comprehendit *Scripta* seu pias *Exhortationes Sororibus* Congreg. Ancillarum SS. Cordis Jesu Varsaviae datas, ut videtur diebus Maii an. 1917, ante suam assumptionem ad Sedem Vilnensem.

Volumen hoc constat 55 foliis dactylographicis, quae 104 paginas praesentis voluminis efficiunt. Agitur de 14 thematibus asceticis, plene elaboratis, quae selectas tractant quaestiones, aptas fortasse ad recollectionem mensilem personarum religiosarum. Argumenta harum exhortationum sunt: amor Dei (pp. 1-7), finis hominis (pp. 27-36), et vocatio religiosa, eiusque momentum, media vitae religiosae, impedimenta etc. (fere omnes aliae exhortationes de hac re agunt). In omnibus his exhortationibus invenitur doctrina ascetica regularis, sana, et traditionalis. Servus Dei contendit docere non extraordinaria et inconsueta,

sed inculcare et vivificare veritates fidei christianae easque in omnes circumstantias vitae religiosae introducere. Quod methodum spectat, ipse se ipsum non excludit, sed includit, discurrendo de defectibus, conscientiam examinando etc. Eius conferentiae non sunt expositiones abstractae, sed concretae; argumenta tractat omni ex parte, varios considerando status, dubia solvendo, obiectiones refutando etc.

Ex his eius exhortationibus duo notare utile videtur: eius conceptum sanctitatis, et zeli. De *sanctitate* loquitur expresse in 10-ma exhortatione (pp. 69-77), et alibi in aliis locis permultis. Servus Dei inculcat: « Recordamini magnum Sanctum esse non illum, qui miracula patrat vel habet inspirationes et revelationes, sed hunc, qui habet summum amorem » (p. 6), utique amorem Dei (cfr. p. 7), amorem holocausti et perfectae deditionis (pp. 7, 24). Sanctitas comprehendit totam animam, totum hominem (p. 69). « Deus est centrum eius existentiae, ad eum ut centrum suum proximum conducit omnem suos affectus et opera » (p. 70), quia sine unione suae voluntatis cum Deo, non est possibilis sanctitas (p. 70). « Mensura sanctitatis est amor Dei » (p. 75), quia « Sanctum fieri est possibile solummodo ex amore Dei » (p. 75), sine quo opera nihil sunt. Sanctitas est compatibilis cum variis talentibus et proprietatibus, imo « nititur in natura humana » (p. 75). Inde externae imperfectiones non faciunt sanctitatem impossibilem (pp. 73, 75). Sanctitas non venit ex improviso (pp. 85, 95), sed graduatim acquiritur et perficitur. Est lenta mors sibi, mundo, eiusque principiis et respectibus (pp. 49, 57, 71 etc.). Vita hominis sancti in continua consistit lucta (p. 57), donec a creatura separetur, et Deo uniatur (pp. 71, 76), imo in voluntate Dei omnino abscondatur (p. 76). Religiosis, qui vitam ducunt valde activam, commendat Servus Dei, ut Deum praesentem ubique in memoria teneant (p. 50).

Sancti vocantur a Deo secundum exigentias temporum et circumstantiarum et secundum eorum dotes naturales. Inde omnes admirandi, sed non omnes imitandi. Sed in omnibus Sanctis imitanda est eorum fides, qua omnia eorum opera vitam habebant (p. 74). Suis auditoribus Servus Dei nostris temporibus commendat praesertim fidem intrepidam, ut notam specificam sanctitatis (p. 74).

Quae in volumine praecedenti de prudentia dicta sunt, hic compleri possunt iis, quae de *zelo* habentur. Zelus, secundum Servum Dei, est amor Dei et proximi, qui exardit ut ignis (p. 86). « Ad zelum pertinet, dicit Servus Dei, ut non susque deque (*sic*) curramus, vel praecipitanter agamus, sed ut tranquille, animo sereno opera nostra compleamus, iungendo debitam vim et industriam » (p. 101). Inde homo zelosus omnem arripit occasionem, nihil neque minimum spernit, sive de defectibus agitur sive de actionibus vitae cotidianae, quia hae solummodo nobis semper prae manibus sunt (p. 102). Inde « zelus apparere debet non solum in rebus extraordinariis, sed in rebus solitis, in vita cotidiana » (p. 102). Anima zelosa ex omnibus rebus fructum trahit spiritualem; imperfectiones, cruces non sunt ei causa tristitiae, sed humilitatem eius profundiorem efficiunt; in omnibus circumstantiis servat pacem et tranquillitatem, et omnia haec eam ad fidelius Deo serviendum excitant (p. 103).

His explicatis melius vitam Servi Dei intelligere possumus. Hic conceptus sanctitatis et zeli in eius vita notatur, prout id nobis eius epistolae demonstrant. Nihil extraordinarii, vel miraculosi in eius scriptis innuitur, sed fidelitas minimis rebus in omnibus circumstantiis vitae cotidianae. Eius scripta, hic recensita, explicant eius vitam, quae in eius epistolis apparet. De una

enim eademque re agitur: hic prout aliis explicatur, ibi prout in propria vita vivitur.

Quod spectat notitias *biographicas*, in eius Scriptis (vol. 13) nihil invenitur eousque, quod difficile dictu, an exhortationes hae ante eius assumptionem ad Sedem Vilnensem, vel postea datae fuerunt.

Vol. 14. — Constat *Manuscriptis* Servi Dei (vol. 1), conservatis in chartulis numero 245, manu Servi Dei scriptis.

Volumen hoc tribus constat sectionibus: 1. Materia tractans de vita spirituali religiosa (pp. 1-176), 2. Materia tractans de vita spirituali religiosa, et 3. Exercitia Spiritualia Menstrua et Annua (pp. 363-477). Sectio prima et secunda unam eandemque seriem constituit, tractatque 96 separata themata spiritualia ascetica. Quod spectat methodum, Collector distinguit inter instructiones, exercitia, et puncta. Sed distinctio haec potius personalis est, nam revera omnia argumenta tractantur per modum punctorum, plus vel minus prolixe, plus vel minus plene. Materia haec considerari potest scriptus modus praeparatorius parandi quandam instructionem, exhortationem etc. Nobis videtur, Servum Dei praeparationi discursuum longiorem praemittere consuevisse meditationem, in qua thema sibi propositum examinavit, in partes subdivisit, probationes et exempla adinvenit etc. Hac meditatione praemissa, antequam discursum suum in publico proferret, sibi conspectum meditationis factae et discursus faciendi in scriptis parabat. Alioquin difficulter explicare possumus hanc perfectam saepe materiae per partes divisionem, plenitudinem, sine repetitionibus, et sine correctionibus, probationum consequentiam, exemplorum enumerationem etc. — Alias vero possibile omnino esse potest, Servum Dei in parandis exhortationibus usum fuisse quodam libro, in

quo adinventa materia exhortationis, eaque perfecta et considerata, eam deinde suis considerationibus complebat circumstantiisque audientium aptabat, omnia scripto conservando. — Has suppositiones ideo a nobis faciendas esse nobis est visum, ut melius haec scripta Servi Dei intelligamus eaque recensere contendamus. Ex his enim suppositionibus patet, hic agi solummodo de fragmentis longioris processus mentalis Servi Dei, sive proprii, sive ex quodam libro commodati, et non de toto processu. Inde maxima ex parte opinio et sententia Servi Dei in materia quadam particulari vix cognosci potest. Agitur potius de congerie verborum, ad instar cuiusdam lexici spiritualis. In lexicis autem non dantur opiniones nec sententiae, sed vocabula, quae diversimode possunt considerari, prout id syntaxis et contextus indicat. Unum tamen notare debemus: Servum Dei de omni materia et argumento nobis inexhauribilem fere thesaurum prae oculis posuisse, quam quasi quadam interna animi pressura pressus ex anima elicit. Inde nonnisi plena traductio textus in aliam linguam thesaurum hunc aliis patefacere potest. Nostra tamen opinione, editio horum scriptorum nonnisi relativum valorem habere potest, quia materia in statu satis imperfecto manet, et nonnisi elaborari debet.

Servus Dei in his scriptis totam vitam spiritualem religiosam tractat. An exhortationes hae et puncta meditationum ordine, prout hic inveniuntur, prolatae fuerunt, non constat. Tamen in Archivo Generali Congreg. CC. RR. Marianorum iam quodam ordine in diversis fasciculis inveniuntur. In vol. 14 quatuordecim talia fascicula transcripta ob oculos ponuntur, quatuordecim quasi themata praesentando. Quia vero singulas tractare exhortationes et puncta opus impossibilitatis considerari debet nec necessarium vel relativae tantummodo utilitatis, hic tantum-

modo conspectum generalem materiarum facere coacti sumus.

1. Prima materies, de qua agit Servus Dei, est professio religiosa et observatio constitutionum (pp. 1-141, circa), quam 10 exhortationibus tractat, in quibus omnia fere, quae in hac materia dici potest, innuit. Est series haec magis elaborata prae aliis, etiamsi aliquomodo simplicius et strictius hic agit. — 2. Secunda materia agit de perfectione christiana (pp. 42-86), complectitque 11 exhortationes, et tractantur iam magis per modum punctorum meditationis. — 3. Tertia pars agit de vita interiori, modoque speciali de humilitate et poenitentia (pp. 87-116). — 4. Quarta materia tractat de oratione et SS. Sacramento (pp. 123-142). — 5. De pugna spirituali, et actibus et affectibus tractat in ulteriore serie exhortationum (pp. 143-170). — 6. De dispositionibus generalibus animae tractat in sexta serie exercitationum, ubi habentur exercitationes de corde generoso, pacifico, misericordi, simplici, boni exempli, puro, solitudinem et silentium amante (pp. 171-221). — 7. Septima series exhortationum agit praevalenter de mortificatione, contemnendo mundo (pp. 228-271). — 8. Formatio voluntatis et characteris consideratur in ulteriore serie punctorum (pp. 274-293) — 9. De tentationibus, et peccatis in genere et in specie agit in materia nona (pp. 303-359), ubi medietas exhortationum agit de peccatis in genere. — 10. Seriem pro se stantem faciunt puncta de SS. Rosario et de vita publica Christi (pp. 294-302). — Deinde gressus fit ad materias recollectionum annualium et menstruarum, ubi tractat praesertim de ipsis recollectionibus earumque fine (pp. 363-403), de fine hominis (pp. 404-429), de vocatione religiosa (pp. 459-477), et de aliis materiis quae saepe in recollectionibus pertractantur: Deus, extrema hominis, imago boni sacerdotis, et Religio-

si (pp. 430-456). His exhauritur volumen 14 Manuscriptorum Servi Dei.

Si agitur de cogitationibus et meditationibus Servi Dei propriis, prout apparet, saltem maxima ex parte, hoc demonstrat animum vere Deo deditum, vitam internam plenam et divitem, quae omni ex parte usque ad minima descendit. Servus Dei noscit optime naturam humanam, eius possibilitates, difficultates, vires, subterfugia et qualitates. Optime potitur doctrina de Deo, scil. S. Theologia. Theologiam asceticam sumit secundum bismillenariam traditionem. Evitat focos novitatis, vel curiositatis. Vult docere, homines meliores facere, ad Deum ducere, communitates religiosas ad sanctitatem et perfectionem manuducere. Haec momenta ex omni eius exhortatione elucent. Vult animas Deo dicatas abundantia veritatum asceticarum suffundere. Sed non sunt ei alieni etiam aspectus sociales sanctificationis hominis, praesertim vero sacerdotum et personarum religiosarum: bonum exemplum, labor apostolicus et pastoralis etc. Hoc de valore intrinseco Manuscriptorum Servi Dei, scil. ad probandam structuram asceticam eius animae.

Quod spectat valorem extrinsecum, scil. utilitatem eius scriptorum aliis hominibus, notare debemus, hunc valorem esse relativum. Scilicet, eius Manuscripta non possunt destinari lectioni spirituali hominum, nisi iis, qui in vita spirituali iam quamdam habent perfectionem, et proinde sub ductu indicationum Servi Dei meditare possunt de materiis a Servo Dei propositis et ab ipso commentatis. Ex alia vero parte inservire possunt etiam directoribus spiritus ut manuductio et exhortationum schemata. Antequam tamen in hunc scopum proponantur, melius redigi debent, et etiam omnes errores transcriptionis corrigi.

Limitibus voti circumscripti, plus de his Manuscriptis voluminis 14 dicere non est possibile nec utile.

Vol. 15. — Duobus constat partibus, quae secundum volumen *Manuscriptorum* Servi Dei constituunt. Pars prima agit de materiis ad perfectionem christianam pertinentibus estque continuatio materiarum voluminis primi (vol. 14), pars vero secunda novum quid nobis praesentat: Instructiones et Constitutiones pro Congregationibus Sororum (pp. 326-482).

De parte prima omnia illa repetenda sunt, quae iam de volumine praecedenti (vol. 114) in genere et in specie diximus. Quod spectat ipsa argumenta tractata, haec in quinque sectiones subdividi possunt: 1. Imprimis quaedam exhortationes de emendatione vitae, de abnegatione sui ipsius et de progressu in vita spirituali (pp. 1-28). — 2. Sectio secunda tractat de virtutibus theologicis: fide, spe, caritate seu amore Dei (6 exhort.), et proximi (pp. 168-171), de timore Dei (pp. 182-185); de votis religiosis in specie (pp. 196, 224), et de humilitate (pp. 310-325). — 3. Eiusdem characteris ascetici sunt aliae 13 exhortationes (pp. 271-309) de miscellaneis argumentis, ubi etiam quaedam allocutiones occasionales ad iuventutem inveniuntur (pp. 305-309). — 4. Quarta sectio pro obiecto habet vitam Christi, modoque speciali Passionem Domini Nostri Jesu Christi (pp. 37-120). Agitur de concionibus, ut videtur, iam in cathedra Vilnensi habitis. — 5. Quinta sectio tractat de B.ma Virgine Maria et Sanctis et quaedam allocutiones occasionales (conventus, vexillum, puellae etc. pp. 231-270). Agitur de iisdem divitiis spiritualibus, quas Servus Dei larga manu audientibus distribuit.

In parte secunda voluminis inveniuntur additamenta quaedam et instructiones ad Constitutiones Sororum Matris Dei Misericordiarum

(pp. 326-387), Sororum Familiae Mariae (pp. 388-407), et Ancillarum SS. Cordis Jesu (pp. 408-469). Non agitur de Constitutionibus plenis, sed solummodo de adnotationibus et additamentis Servi Dei ad has Constitutiones. Character harum adnotationum in eo consistit, quod Servus Dei ex sua experientia nec non ascetica scientia quaedam puncta magis determinare contendit, praesertim sub aspectu ascetico. Tendentia generalis harum adnotationum est, ut quam magis determinentur res etiam minimae vitae religiosae Sororum. Inde proveniunt s. d. instructiones de singulis officiis religiosis et eventibus eiusdem vitae (ut ex. gr. vota, professio, introductio novae Superiorissae etc.). In his omnibus invenimus Servum Dei sibi omnino cohaerentem, prout eum iam vidimus in aliis scriptis asceticis et epistolis. Hisce laboribus ad utilitatem Sororum Servus Dei multum dedicabat temporis, prout ex adnotationibus biographicis eius epistolarum patet.

Vol. 25, complectens articulum typis editum an. 1903, in ephemeride dogmatico-ascetica « Maryawita » (an. I, nr. 1, 2, 5) in thema: « De dogmate Immaculatae Conceptionis B.mae Virginis Mariae ». Articulus scriptus occasione quinquagesimi anniversarii a dogmatis proclamatione. Praeterea datur in hoc volumine etiam recensio libri auctoris C. Plater-Zyberkowna, sub tit. « Quaedam de educatione in familia » (ibid. nr. 1, pp. 43-44). Ambo documenta dantur luce reproducta.

In articulo de Immaculata Conceptione exponit auctor, tunc iuvenis sacerdos et magister, dogma catholicum ad captum populi, commentando verba Bullae Pii Pp. IX. In secunda parte articuli exponuntur fontes et argumenta dogmatis tum ex S. Scriptura tum ex traditione. Expositio clara et traditionalis. Auctor sequitur fideliter doctrinam catholicam.

In recensione, enumeratis capitibus operis et meritis, commendat librum lectoribus ephemeridum, exprimendo desiderium et augurium, ut lectores « educent filios suos ad exemplum Mariae, ut eorum familiae deveniant imago reflexa Divinae Familiae » (p. 44).

Vol. 26, habet tres contributiones Servi Dei ad vol. I-II, VII-VIII et ultimum (?) s. d. « Encyclopediae Ecclesiasticae Manualis » (an. 1904-1916). Articuli sunt typis editi, et in nostro volumine luce reproducti. Servus Dei agit de: « Apologetis » (vol. I-II, pag. 272-273), de « Apologetica » (ibid., pag. 273-276), de « Democratia Christiana » (vol. VII-VIII, pag. 397-399), et de « Ordinibus in Ecclesia » (vol. ultim., pag. 126-134, ex anno 1916). Articuli hi scripti sunt cum scientia et claritate optimeque rem exponunt, de qua tractant. Ad unumquemque articulum auctor dat bibliographiam, etiam ut fontem suae scientiae.

Modo speciali commemorari iuvat ultimum de « Ordinibus », ubi Servus Dei dat compendium doctrinae catholicae de hac materia. Agit de statu religioso theologice, historice et in fine dat practica consilia. Articulus hic anno 1916 scriptus concordat cum tota doctrina Servi Dei de statu religioso, quam in suis scriptis ascetice tractat, non solum ut homines doceret, sed etiam ut eos meliores faceret. Articulus hic in Encyclopedia Ecclesiastica positus fortasse plurimis claras suppeditavit ideas ad suam vocationem religiosam formandam, vel saltem, nostra opinione, aptus est talem manuductionem praestare.

Vol. 27, continet unam lectionem, habitam Varsaviae in Cursu Sociali (diebus 27-30.VIII. 1907), de « Theoria christiana iuris proprietatis ». Lectio haec typis impressa fuit in Actis eiusdem Cursus (pp. 92-123), et in nostro fasciculo luce reimpressa.

Est expositio doctrinae catholicae de iure proprietatis, caetui medio destinata; inde methodus a Servo Dei adhibita est scientifico-popularis. Notatur claritate expositionis et persuasione. Temporibus nostris, post 50 annos, suum valorem nondum amisit, imo novum quemdam acquisivit, et cum fructu legi potest, sine nota reactionis vel defensionis systemathis capitalistici. Finis ultimus lectionis huius Servi Dei exprimitur in ipso fine: « ut quam magis appropinquemus ad aedificandum Regnum Dei in terra et instaurandam eius iustitiam » (p. 122; voluminis, p. 33).

Vol. 28, complectens commercium epistolare inter Curiam episcopalem Vilnensem et Universitatem Vilnensem Stephani Bathory, mensibus Octobri et Novembri an. 1921 habitum, ad explicandas quasdam accusationes contra Episcopum Vilnensem, Servum Dei Georgium Matulewicz. Commercium hoc typis impressum fuit in nr. 268 ephemeridis « Gazeta Narodowa », et postea separatim reproductum an. 1921. Ex una parte agebat Episcopus, ex altera vero Rector Universitatis aliique professores, et praesertim Decanus Facultatis Theologicae. Agebatur de praesumpta mala voluntate Episcopi versus Universitatem et studia theologica in Universitate peragenda. Quia negotium hoc non tam personam ipsius Episcopi, sed potius auctoritatis ecclesiasticae tangebat, Servus Dei rem totam clare exponere satagebat, ut veritas, quae pro eo militabat, pateat. Stylus huius commercii clarus et sincerus plenam dedit Episcopo satisfactionem. Totum hoc commercium epistolare demonstrat, Servum Dei in rebus quae bonum Ecclesiae et animarum tangebat, praemissa omni humilitate et veritate, bonam famam et auctoritatem Episcopi defendisse usque ad plenam claritatem, minus recte sentientes ad plenam confessionem falsitatum constringendo. Ex eius epistolis tamen patebat, Servum Dei contra

calumniantes vel detrahentes propriae tantummodo personae nullomodo processisse, sed patienter et in humilitate crucem hanc suam personalem tulisse (cfr. in vol. 12, an. 1918, et 1925-26).

Fasciculi disiuncti duo, quorum primus: 1) *articulus* de « Democratia Christiana », typis editus an. 1907, in ephemeride « Operarius Polonus », nr. 32-33, agit modo populari de s. d. Democratia Christiana, prout apparebat anno 1907. Est simplex expositio facti historici et tendentiarum; Servus Dei bene delimitat statum quaestionis, ut confusiones inter homines dissipet. Evitat opiniones proprias. Postquam anno 1906 in « Encyclopedia Ecclesiastica Manuali » (vol. VII-VIII, pag. 397-399) de eodem themate scripsit, et postquam eodem anno 1907 de « Theoria christiana iuris proprietatis » lectionem habuit publicam, Servus Dei considerabatur, ut videtur, in materia hac peritus et proinde invitabatur, ut de rebus istis etiam in ephemeridibus tractaret (cfr. volumina iam recensita, 26, 27). — 2) *epistola* ad Sac. Leonem Kulwiec, de dat. 9.VI.1918, in lingua exarata germanica. Argumento fere similis illae quae habetur in Epistolis (vol. 12, pag. 180-181), agitque, praeter solitas salutationes, de sua nominatione ad Sedem Vilnensem. Supplicat ut intercedat cum aliis apud Nuntium, ne designetur ad hanc dignitatem, quia haec nominatio erit cum damno Congregationis Marianorum. Servus Dei, prout alibi, etiam hic omnia movet argumenta ne promoveretur ad hanc dignitatem.

His dictis et explicatis, adnotationes nostras de indole generali scriptorum polonorum Servi Dei concludimus, secundum exigentias can. 2068.

II

Votum super scriptis polonis Servi Dei Georgii Matulewicz, Epp.

Praemissa attenta lectione et matura consideratione scriptorum polonorum Servi Dei Geor-

gii Matulewicz,Matulevicius, Epp., M. I. C., quae constant octo voluminibus vel fasciculis (nr. 12, 13, 14, 15, 25, 26, 27, 28) et duobus parvis fasciculis disiunctis, quae postea accesserunt, non inveni quidquam. quod fidei ac bonis moribus adversetur (can. 2068, § 1). Imo, omnia scripta polona Servi Dei consona sunt etiam doctrinae asceticae consuetae et traditionali, secundum quam ipse vivebat quamque aliis tradebat.

In voti praesentis confectione me nulla passione, amore, timore, odio, lucro, studio partium ductum fuisse declaro, sed maiore Dei gloria et bono Ecclesiae Dei. Proinde omnia humiliter superiori iuditio ecclesiasticae auctoritatis submitto, uti filius devotus.

Romae, die 30 Maii 1958.

Concordat cum originali asservato in Archivo Cancellariae S. C. Rituum.

Romae die 27-4-1959.

H. COCCHETTI. *S. R. C. Cancellarius.*

ROMANA seu KAUNEN.

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS
SERVI DEI

Georgii Matulewicz-Matulevicius
SEU
Matulaitis

ARCHIEPISCOPI TITULARIS ADULITANI, REFORMATORIS
CONGREGATIONIS CLERICORUM REGULARIUM MARIANORUM
FUNDATORIS CONGREGATIONIS SORORUM AB IMMACULATA CONCEPTIONE

Decretum approbationis scriptorum

Instante Rev.mo P. Casimiro Reklaitis, Congregationis Clericorum Regularium Marianorum Postulatore generali, die 23 Junii 1959, in Palatio Apostolico Vaticano, habita fuit Congregatio Sacrorum Rituum Ordinaria, in qua E.mus ac Rev.mus Dominus Eugenius Cardinalis Tisserant, Episcopus Ostien. Portuen. et Rufinae, Causae Servi Dei Georgii Matulewicz-Matulevicius, seu Matulaitis, Archiepiscopi Adulitani, reformatoris Congregationis Clericorum Regularium Marianorum, fundatoris Congregationis Sororum ab Immaculata Conceptione, Ponens seu Relator, dubium discutiendum proposuit super revisione scriptorum memorati Servi Dei. Et E.mi ac Rev.mi Patres sacris tuendis ritibus praepositi, post relationem ipsius E.mi Ponentis, re mature perpensa, rescribendum consuerunt: *Nihil obstare quominus ad ulteriora procedatur; reservato tamen jure Promotori Generali Fidei obiiciendi, si et quatenus de jure.*

Facta demum de is omnibus Sanctissimo Domino nostro Joanni Papae XXIII per infrascriptum S. Rituum Congregationis Cardinalem Praefectum relatione, Sanctitas Sua Purpuratorum Patrum sententiam probare et confirmare benigne dignata est die 26 eisdem mense et anno.

C. Card. CICOGNANI, *S.R.C. Praef.*

L. ✠ S.

Henricus Dante, *S. R. C. Pro Secret.*

ROMAMA seu KAUNEN.

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS

SERVI DEI

Georgii Matulewicz-Matulevicius

SEU

Matulaitis

ARCHIEPISCOPI TIT. ADULITANI

REFORMATORIS CONGREGATIONIS CC. RR. MARIANORUM

ET FUNDATORIS CONGREGATIONIS SORORUM AB IMMACULATA CONCEPTIONE

ANIMADVERSIONES

PROMOTORIS GENERALIS FIDEI

SUPER DUBIO

An signanda sit Commissio introductionis causae in casu et ad effectum de quo agitur.

Em.me ac Rev.me Domine,

1. — Mirabili in varietate causarum, quae coram hoc sacro Ordine peraguntur, pergratum mihi est quaestionem modo ponere de eximio Sanctae Ecclesiae episcopo simulque insignis optimeque meritae Congregationis religiosae instauratore, qui, uti fertur, « vir vere sanctus » a Pio Papa XI appellatus est.

2. — Dei Servus natus est die 13 mensis Aprilis (qui iuxta Calendarium Gregorianum est 25 Aprilis) anno 1871, in pago cui nomen « Luginė », intra fines dioecesis tunc Seinensis et paroeciae vulgo « Marijampolė », in Lituania. Parentes habuit Andream Matulaitis et Ursulam Matulytė, humiles quidem ruricolas, at honestate et pietate insignes, quos Deus octo sepsit filiorum corona, quorum no-

ster novissimus (*cfr. Summ., p.* 217: Testimonium nativitatis S. D.; *cfr. et Summ., p.* 56, § 223; *p.* 112, § 461; *p.* 129, § 530). Octo post nativitatem dies, uti asseritur, sacris Baptismi aquis ablutus est infans, nomenque ei impositum Georgii et Boleslavi (*cfr. Summ., p.* 2, § 4).

Mature, annum scilicet agens vix tertium, orbatus est patre; matrem quoque, cum puer esset decem annorum, amisit, venitque sub fratris natu maioris potestatem, agrorum culturae dediti (*Summ., p.* 2, § 5; *p.* 130, § 530).

A prima aetate traditur enituisse fervida pietate: « Il Servo « di Dio è cresciuto fin da bambino in un ambiente ricco di senso « cristiano e nel quale si costumava recitare quotidianamente il « rosario o le piccole ore della B. Vergine Maria. Ricevette poi « un'ottima educazione dai PP. Mariani, tanto da essere di esem- « pio fin da piccolo ai coetanei per la sua religiosità. Andando a « scuola allungava la strada per poter andare in Chiesa a visitare « Gesù e a meditarne la passione » (*Summ., p.* 112, §§ 461, 462).

Litterarios ludos pueris instituendis et deinde gymnasium frequentavit non sine difficultatibus, siquidem ut has adiret scholas in proximo oppido Marijampolé sitas viam 5 km. pedester carpere cogebatur (*Summ., p.* 2, § 5; *p.* 19, § 73). His absolutis studiis, a fratre agrestibus laboribus addicitur. Rusticos inter labores Georgius orationem colebat. « Aiutava pertanto i familia- « ri ai lavori dei campi ed era di buon esempio per la sua pietà. « Mentre conduceva i buoi, recitava il rosario e quando sostava « momentaneamente, perché le bestie prendessero respiro, cavava « il libriccino e diceva le preghiere », refert Testis VI (*Summ., p.* 56, § 223; *cfr. et Summ., p.* 112, § 462); et Testis XIII deponit: « Fu visto spesso fare la Via Crucis nella Chiesa parrocchiale « e alternare il lavoro alla preghiera » (*Summ., p.* 130, § 531).

3. — Anno autem 1891, aetatis suae vigesimo, opitulante avunculo Ioanne Matulis, Dei Famulus Seminarium dioecesanum Kielcense in Polonia ingressus est, vocationis ecclesiasticae signa perspicua praebens (*Summ., p.* 3, § 8; *p.* 57, § 226; *p.* 218: Testimonium studiorum). Quo tempore cognomen mutavit, avunculo sic disponente, in « Matulewicz », seu Lituanorum more « Matulevicius » (*Summ., p.* 57, § 226). Kielcensi vero Seminario a civili auctoritate Russorum clauso, in Varsaviense Seminarium transiit anno 1893, ubi ingenii acie animique dotibus inter condiscipulos

eminuit (*Summ.*, *p.* 3, § 9; *p.* 20, § 77; *p.* 57, § 227; *p.* 113, § 463; *p.* 130, § 533; *p.* 151, § 639). Hinc ab episcopo Kielcensi ad Academiam theologicam Petropolitanam anno 1895 est missus, ubi anno 1899, *Sacrae Theologiae Magister summa cum laude cum nota primus* renunciatus est (*Summ.*, *p.* 20, § 78; *p.* 130, § 533; *p.* 219). Superiore anno, nempe 31 Decembris 1898 sacerdotio auctus fuerat (*Summ.*, *p.* 21, § 80; at in *Summ. ex off. super scriptis legitur* 20 *Novembris* 1898).

4. — Magisterii licentiam assecutus, ad dioecesim Kielcensem rediit, ibique sacri ministerii partes suscepit, coadiutoris paroecialis munere functus (*Summ.*, *p.* 21, § 80). Deinde annis 1899-1901, superiorum iussu, primum Germaniam, valetudinis curandae causa, postea Friburgum Helvetiorum petiit, studiorum universitatem celebraturus, in qua, exhibita thesi super « Doctrina russorum de iustitia originali », lauream in sacra Theologia anno 1902 praeclarissime consecutus est (*Summ.*, *p.* 87, § *n.* 2; *p.* 89, § 365; *p.* 110, § 449; *p.* 131, § 535). Friburgi autem, cum studiis daret operam, apud parochum ecclesiae « S. Jean de Basse Ville » tamquam vicarius exceptus est, quamobrem cotidiana mensa et habitatio in paroeciali eadem domo, soluta modica tantum pecunia, ei oblatae fuere (*Summ.*, *p.* 87, § 356).

Kielcensem reversus in dioecesim, coadiutor paroecialis exstitit primum, ac deinde ius canonicum et latinam linguam in dioecesano Seminario docuit, alumnorum sibi comparata aestimatione (*Summ.*, *p.* 13, § 55; *p.* 21, § 80; *p.* 131, § 535). Eodem in sacro Ephebeo alter a rectore, atque anno 1910 canonicus Kielcensis nominatus est (*Summ.*, *p.* 219: Testimonium studiorum).

5. — Brevi autem post, anno 1904, ingravescente osseae tabis morbo, ob quem iam Friburgi chirurgicam sectionem subierat (*Summ.*, *p.* 88, §§ 363, 364), in nosocomium pauperum suburbii Varsaviensis exceptus est, ubi, nisi Sororum Ancillarum intervenisset peculiaris cura, in discrimen eius vita adducta esset (*Summ.*, *p.* 4, § 12; *p.* 131, § 536). Recuperata autem valetudine, grati animi causa Capellani munia iisdem Sororibus praestitit atque adolescentibus educandis in earundem Sororum Instituto spiritualem vitam restituit ac fovit (*Summ.*, *p.* 4, § 13; *p.* 114, § 469; *p.* 131, § 537).

Interim Varsaviae degens, adiutore sacerdote Marcello Godlewski, opifices consociavit ad eos christiano spiritu imbuendos, et commentariolum pro ipsis in lucem edidit (*Summ.*, *p.* 4, § 13; *p.* 131, § 538); « organizationem iuventutis universitariae roboravit et ampliavit; primam in Polonia " hebdomadam socialem " praeparavit et effecit; congressui sacerdotum praeceptorum religionis in scholis praesedit ac discussiones optime direxit; alium congressum sacerdotum, illegitime et fraudolenter, inscio Ordinario loci, a nationalistis Varsaviam convocatum, summa cum prudentia in viam rectam revocavit, adiuvante fideli amico ac olim socio in seminario Varsaviensi, professore H. Przezdziecki » (*Summ.*, *p.* 23, § 87); spirituales exercitationes meditationesque necnon plurimas acroases ibidem fecit (*Summ.*, *p.* 4, § 14). Hoc eodem tempore, P. Honorati O. F. M. Cap. exemplo motus, de clandestina Clericorum Marianorum instauratione secum cogitare coepit (*Summ.*, *p.* 89, § 366).

6. — Qua erat ingenii et doctrinae laude clarus, anno 1907 sociologiae primum, ac theologiae deinde dogmaticae tradendae alumnis sacri ordinis in Petropolitana Academia professor nominatus est, atque post biennium, ob aestimationem et affectum cum superiorum tum discipulorum, alter a rectore eiusdem Academiae est electus (*Summ.*, *p.* 5, § 16; *p.* 13, § 56; *p.* 58, § 229).

7. — Interea, anno scilicet 1909, Congregationem Clericorum Regularium Marianorum, quae ob temporum calamitates ad unum erat redacta sodalem eumque generalem Moderatorem, reformare sategit (*Summ.*, *p.* 5, § 17; *p.* 91, § 373; p. 132, § 540). Quapropter, consentiente Moderatore generali Vincentio Senkus, Romam venit consilium instaurandae Congregationis Apostolicae Sedi patefacturus (*Summ.*, *p.* 58, § 230; *p.* 90, §§ 370-372). Venia rite impetrata, Varsaviam reversus, in oratorio Episcopi auxiliaris simulque Apostolici Delegati sodalitatibus clandestinis vigilandis praepositi, vota simplicia, coram P. V. Senkus nuncupavit die 29 Augusti a. 1909, dispensatione ab Apostolica Sede obtenta super tirocinio novitiatus peragendo (*Summ.*, *p.* 5, § 18; *p.* 91, § 373; *p.* 103, § 414; *p.* 162, § 686). Quo facto, operam cumprimis dedit Constitutionibus reformandis, easque temporum condicionibus aptavit: sollemnia vota in simplicia, candidam vestem in nigram mutavit, morem in choro recitandi divinum Of-

ficium relaxavit; statuitque ut sodales se peculiari modo iuventutis educationi religiosaeque populi institutioni applicarent, dioecesano clero in adiutorium adessent et cuique tandem bono operi, episcopis consentientibus, consulerent (*Summ.*, *p.* 5, §§ 19, 20; *p.* 132, § 541). Novas Constitutiones S. Pius X die 15 Septembris a. 1910 probavit, edito ad rem Decreto diei 28 Novembris eiusdem anni (*Summ.*, *p.* 5, § 21; *p.* 58, § 231). Confratres interim in Academia Petropolitana clam efformabat, quandoquidem Congregatio occultam ducebat vitam ob restrictivas leges usque ad annum 1918 (*Summ.*, *p.* 6, § 22).

8. — Vita functo superstite Moderatore generali anno 1911, Famulus Dei a duobus novis professis die 27 Iulii eodem anno in supremum Marianorum Moderatorem electus est (*Summ.*, *p.* 6, § 22; *p.* 92, § 378).

Abdicatis Petropolitanae Academiae officiis, Dei Famulus Helvetiam se contulit ibique, Friburgi, domum novitiatus aperuit nomine « Domus studiorum », confluentibus optimis sacerdotibus ad vix enatam sodalitatem corroborandam (*Summ.*, *p.* 58, § 231; *p.* 132, § 542). Cum autem sua in patria in terrisque vicinioribus novas plantare domos nondum valeret, Foederatas Americae Septentrionalis Civitates anno 1913 appetiit, ubi amplissima Lituanorum colonia domicilium iampridem posuerat, Chicagiae constitit et domum novitiatus alteram instituit excepitque sacerdotes ad religiosam vitam vocatos (*Summ.*, *p.* 22, § 106; *p.* 58, § 231; *p.* 132, § 545). Anno 1914 in Lituaniam profectus est clero Kaunensi et Seinensi spiritualia exercitia praedicaturus (*Summ.*, *p.* 28, § 106; *p.* 133, § 546). Europaeo interim bello exorto, impeditus quominus Friburgum rediret, Varsaviam petiit et inibi, apud Bielany suburbium, novitiatus domum aperuit et orphanotrophium excitavit, in quod fere ducenti pueri excepti fuere, pro quibus alendis vestiendisque ostiatim mendicare non erubuit (*Summ.*, *p.* 6, § 23; *p.* 28, § 106, 108; *p.* 47, § 182); spirituales exercitationes et acroases clero tradere ibidem non destitit (*Summ.*, *p.* 133, § 547).

9. — Bello ad finem vergente, Lituaniam a. 1918 rediit, et in civitate Marijampolė domum religiosam et novitiatum instauravit, plures excipiens tirones. Eodem anno Congregationem Sororum « Servarum Pauperum », concinnatis Statutis, condidit; quae

Congregatio, post Servi Dei obitum, nomen mutavit in « Sorores ab Immaculata Conceptione B. M. V. », eaque, ab Apostolica Sede laudata, dudum floret, praesertim in Septentrionali America (*Summ.*, *p.* 6, § 23; *p.* 28, § 110; *p.* 60, § 239).

10. — Die 23 Octobris a. 1918, Dei Famulus a Benedicto XV episcopus Vilnensis, frustra quidem obnitens, electus est, et, kalendis Decembribus Kaunae consecratus, in festo Immaculatae Conceptionis canonicam coepit suae dioeceseos possessionem, statimque sibi commisso gregi animi sui thesauros profundere incepit (*Summ.*, *p.* 6, § 25; *p.* 186, § 794; *Summ. ex off.*, *p.* 83). Quae in prima concione de episcopi officiis patefecit et quae populo eo die promisit, largiter per septennium episcopatus praestare sategit. Vilna civitate alterna vice a Germanis, Russis et Polonis recta et administrata, plura adversa episcopus passus est, de spirituali animorum salute maxime sollicitus (*Summ.*, *p.* 7, § 26; *p.* 32, § 124; *p.* 59, § 234; *p.* 133, § 550, *et passim*). Dioecesim, amplissimam quidem, sacra peregrinatione bis quolibet anno visitasse Famulus Dei traditur (*Summ.*, *p.* 64, § 260; *cfr. et Summ. ex off.*, *p.* 68 s.); catholicam vitam ordinavit ac fovit, religiosis Ordinibus ad rem accitis; praeter duo, quae ipse excitavit Instituta, alias tres religiosas familias reformavit, aliis sexdecim Statuta concinnavit vel temporum condicionibus accommodavit (*Summ.*, *p.* 115, § 476); septem millia fidelium a catholica unitate seiunctorum ad verae sinum Ecclesiae revocavit plurimosque etiam infideles ad fidem adduxit (*Summ.*, *p.* 116, § 480).

11. — Contigit autem ut, Vilna civitate Poloniae anno 1925 assignata atque Concordato inter Apostolicam Sedem et Poloniam sancito, ecclesia Vilnensis in metropolitanam sedem eveheretur. Quapropter, mutatis politici ordinis condicionibus, Dei Famulus opportunum tum effulsisse tempus sede sua abdicandi ratus est; quod quidem fecit (*Summ.*, *p.* 7, § 27; *p.* 33, § 126; *p.* 134, § 552).

12. — Vilna venit Romam aestivo tempore eiusdem anni 1925 et, archiepiscopali decore tituli Adulitani insignitus, exteris curis valere iussis, Congregationi suae in Urbe stabiliendae operam navavit (*Summ.*, *p.* 7, § 27; *p.* 33, § 127; *p.* 94, § 386). Verum tamen, Romanae fundationis vix adumbratis lineamentis,

Summus Pontifex, die 7 Decembris eiusdem anni, Servum Dei munere condecoravit Apostolici in Lituania Visitatoris, eumque illuc ad sedandas controversias inter Lituanum gubernium et S. Sedem enatas et ad dignam dioecesium ordinationem providendam misit (*Summ.*, *p.* 7, § 28; *p.* 33, 127; *p.* 134, § 552). Lituaniam profectus, Pontificio obsecuturus mandato, partes huius muneris diligenter explevit et controversias feliciter composuit (*Summ.*, *p.* 62, § 249; *p.* 83, § 346), et, ut inter Apostolicam Sedem et Lituaniam concordatum iniretur, schemate apparato, navavit operam (*Summ.*, *p.* 8, § 29; *p.* 59, § 235; *p.* 99, § 399).

13. — Imminentis mortis veluti praesagus, anno 1926 denuo Foederatas Americae Septentrionalis Civitates petiit, non eo tantum consilio ut Eucharistico ex omnibus gentibus Congressui interesset, sed potissimum ad suum illuc Institutum constabiliendum. Peragravit quoque 92 lituanas paroecias ibidem exstantes et ducentas de rebus divinis orationes habuit (*Summ.*, *p.* 59, § 236; *p.* 97, § 394; *p.* 91, § 392; *p.* 122, § 501).

14. — Obiit tandem Famulus Dei, post chirurgicum interventum ob colicae appendicis morbum, Kaunae die 27 Ianuarii anno 1927, in festo S. Ioannis Chrysostomi, quem peculiari prosecutus erat religione (*Summ.*, *p.* 62, § 253), Ecclesiae sacramentis a semet petitis piissimeque susceptis, quinquagesimo aetatis anno (*Summ.*, *p.* 12, § 52; *p.* 59, § 236; *p.* 72, § 299).

Exuviae eius magno cleri, civilium auctoritatum populique concursu, exsequiis solemniter persolutis, in ecclesia cathedrali Kaunensi tumulatae fuere, atque anno 1934 pari sollemnitate ad ecclesiam paroecialem Mariampolensem, in qua adhuc religiose asservantur, translatae sunt (*Summ.*, *p.* 12, § 53; *p.* 127, § 623; *p.* 214, § 906).

15. — Recolere quoque praestat, instauratam a Famulo Dei Marianorum Congregationem, quam, praeses pluries electus, moderatus est ad suum usque obitum, ineunte anno 1927 sodalibus 319 constitisse videlicet provinciis Americana, Lituana et Polonica, atque conventiculis religiosorum in Letonia, in Albo-Russia et Romae (*Summ.*, *p.* 6, § 23; *p.* 59, § 237; *p.* 100, §§ 404, 405).

16. — Iudiciales probationes super fama sanctitatis vitae, virtutum et miraculorum in genere Servi Dei colligi coeptae sunt die 31 Octobris anno 1953, non equidem apud ecclesiasticam Curiam Kaunensem, intra cuius dioeceseos fines supremum obiit diem Famulus Dei, sed apud Curiam Vicariatus Urbis, facta ad hoc Sacrae Rituum Congregationis facultate, postulantibus Actoribus, propter adversa, in quibus catholica Ecclesia in Lituania versatur, adiuncta. Desideratur tamen in *Summario* huiusmodi Rescriptum.

Romano in processu, qui die 18 Aprilis anno 1956 est absolutus, 16 testes excussi sunt, quorum 2 ex officio inducti.

Tabulis autem Romanis additae sunt rogatoriales inquisitiones in quinque aliis Curiis ecclesiasticis confectae, nimirum:

a) Processus rogatorialis in Curia episcopali *Bruklynien.* constructus a die 8 Octobris a. 1954 ad diem 28 Iunii a. 1955, in quo 1 testis auditus est;

b) Processus rogatorialis in episcopali Curia *Luganen.*, adornatus diebus 25 Maii-26 Octobris anno 1955, in quo 1 interrogatus est testis;

c) Processus rogatorialis in Curia archiepiscopali *Mechlilen.* celebratus a die 25 Februarii ad diem 11 Martii a. 1955. in quo 1 testis auditus est;

d) Processus rogatorialis apud Curiam episcopalem *Buffalen,*. celebratus a die 25 Februarii ad diem 11 Martii a. 1955, in quo 1 testis auditus est; ac denique

e) atque demum Processus rogatorialis apud Curiam episcopalem *Scrantonen.*, institutus a die 23 Maii ad diem 8 Septembris anni 1955, in quo 1 testis examini subiectus est.

17. — Quoniam vero iudiciales in casu inquisitiones adornatae sunt procul a legitima earundem sede, magnopere ac diligentius nobis attendendum est, num excussi testes ii sint et numero et qualitate eaque praediti scientia, ut ex eorum depositionibus *probationes*

omnino plenae habeantur (*cfr. can.* 2019). Dubium enim non est quin, si processus Kaunae vel etiam Vilnae institutus fuisset, ubi Dei Famulus e vivis excessit, seu ubi episcopatum per fere septennium tenuit, probationum segetes exstitissent uberiores.

18. — Age modo. Cum ad virtutum famam et ex iis enatam communem sanctitatis opinionem iuridice probandam octo saltem requirantur testes, ac praeterea duo saltem testes ex officio vocandi sint (*cfr. can.* 2020, § 2), haud in incerto est, in hac adornanda Causa, litterae saltem canonis satis esse factum. Testes enim universi qui, in cunctis sex iudicialibus inquisitionibus auditi fuere, ad *viginti duos* ascendunt, quorum duo ex officio sunt vocati et excussi.

Porro eos inter *sexdecim* sunt sacerdotali, imo unus cardinalicia aucti dignitate, quorum septem ad dioecesanum, novem autem ad regularem clerum pertinent; unus deinde testis ex ordine est laicorum O. F. M. Conventualium; religiosa una ex Congregatione Sororum a Resurrectione; ac tandem quatuor sunt viri laici, quorum duo professores, unus ludimagister et alius ianitor. Octo omnium sunt testes, quos internos vocamus, idest sodales Congregationis Clericorum Regularium Marianorum, cuius Famulus Dei exstitit reformator; reliqui quatuordecim sunt externi.

Praestat quoque meminisse e testibus natione esse: novem lituanos, sex polonos, quatuor italos, unum albo-russum, unum denique letonum.

Testium autem quod attinet numerum, copiosum esse haud dixerim, cum agatur de eximio viro, qui instaurator exstitit inclitae religiosae Congregationis cuius per totam vitam supremus fuit moderator, atque per septennium amplissimae Vilnensis dioecesis episcopatum tenuit; quare intimus eius collaborator in reformanda Congregatione haud haerens potuit asserere: « Con tutta serietà, « si emerge la questione se non si deve, dopo Valancius, chia- « marlo Patriarca » (*Summ.*, *p.* 101, § 406). Censorum vero alter, scriptis Servi Dei perpensis, scribere non dubitat: « Il Ser- « vo di Dio fu veramente il ricostruttore della sua diocesi « ed esercitò un enorme influsso su tutto il paese... vedendo i « problemi nella loro complessità e in tutte le loro eventuali con- « seguenze » (*Summ. ex off.*, *p.* 11).

19. — Eo dein quia testes non sunt numerandi sed ponderandi, statim dicam eos non tanti faciendi, quanti Patronus putat: « Testes itaque tales sunt ut, tum numero tum qualitate, vere firmum, idoneum ac plenum praebeant probationum instructum » (*Informatio, p.* 10, *supra*).

Asserit quidem Patronus testes *omnes* esse de visu, duobus tantum exceptis, qui dicuntur de auditu a videntibus (*Infor., p.* 9). Minus tamen recte; quandoquidem pressius inspecti, omnes viginti illi testes « de visu », in omnibus fere quae testati sunt, edoctos se produnt a testibus oculatis et potissimum ex libris et documentis.

Nemo enim cordatus dixerit testem XVI Romanae inquisitionis, nempe Em.mum Cardinalem Pizzardo, esse de visu testem, cum ipsemet haec in sua depositione declaret: « Non sono in grado « di ricordare nulla di preciso del Servo di Dio, anche perché non « riesco a ricordarmene *neppure la sua figura fisica*. Può darsi che « lo abbia anche incontrato qualche volta, ma, per quanti sforzi « di memoria faccia, non riesco a individuarlo » (*Proc. vol. I, fol.* 211 v. *et fol.* 212). Nec satis; profitetur Em.mus Vir se nihil prorsus scire super Famuli Dei virtutibus: « Circa le virtù del Servo di « Dio *non so dir nulla* » (Summ., p. 150, § 638). Nescio ergo qua ratione Patronus inferat Em.mum testem *sibi habere suasum* Servum Dei virtutibus *excelluisse*, propterea quod deposuit: « Co- « munque è stata sempre mia convinzione che uomini come il « Matulewicz e il Cieplak, *dovevano* essere esponenti fedeli delle « virtù *dei loro popoli* e dovevano distinguersi per il loro attac- « camento alla S. Sede, nonostante che avessero studiato a Pie- « troburgo, notoriamente contraria a Roma » (*Summ., p.* 151, § 638).

Quod iteratum aliquo modo video in teste XV, Sorore scil. Teresia Kalkstein, quae a Patrono testis habetur de visu; at, num talis reapse sit, iure ambigi potest, nam semel tantum et brevi Servum Dei conspexit: « Fu solo nel maggio 1924 che, accompagnando « le mie allieve in pellegrinaggio a Vilna, al Santuario di Ostra « Branva, potei ossequiare, sia pure *brevemente*, S. Eccellenza, « che era allora Vescovo della Diocesi » (*Summ., p.* 147, § 621); ceterum, quae ipsa deponit, admodum pauca eaque generaliora, ex auditu a videntibus hausit (*cfr. Summ., pp.* 148-150).

20. — Nec alii multi, qui de visu testes dicuntur, in meliore, quoad rem de qua agitur, condicione inveniuntur. Hosce inter plures reperiuntur, qui aut nullam cum Servo Dei, vel non satis

intimam diuturnamque habuere consuetudinem, aut Famulum Dei postremo tantum eius vitae tempore, et quidem obiter tantum, cognoverunt. Ut eos ex ordine recenseamus:

Testis II, qui solus sanguinis vinculo Servo Dei coniunctus est (*Summ.*, *p.* 41, *nn.* 4-6), eum cognovit anno 1918 eumque deinde aliquoties comitatus est: «ebbi occasione — ait testis — di avvi-«cinare il Servo di Dio *per alcuni giorni*, nel 1923 e nel 1926, in «America, dove venne a visitare il Noviziato della nostra Congre-«gazione ivi esistente e del quale ero maestro dei novizi» (*Summ.*, *p.* 41, § 159); atque ea quae de visu super virtutibus testatus est, comperit «nelle *poche* conversazioni che ebbi la fortuna di avere «col Servo di Dio» (*Summ.*, *p.* 46, § 181).

Testes III et IV, quorum alter frater laicus O. F. M. Conv., alter domesticus («cameriere»), Dei Famulum de facie noverunt, cum ipse per tres menses anno 1925, in Conventu O. F. M. Conv. «al Lungotevere Farnesina», in Urbe commoratus est; longe itaque a qualibet intima cum Servi Dei consuetudine huiusmodi cognitio fuit; ceterum utriusque testis depositio tribus Summarii pagellis constat, neque talis est quae rei nostrae probandae sit apta.

Testis V Servum Dei habuit a sacris Confessionibus Friburgi Helvetiorum per annum dumtaxat, et quae in favorem testificatur pro reliquo Servi Dei spatio vitae, ex auditu sunt.

D. Nicolaus Turchi, in Maximo Romano Athenaeo professor historiae religionum, qui est testis VII Romani processus, Servum Dei novit Vilnae, ubi «*pochi giorni*» constitit (*Summ.*, *p.* 74, § 307).

Procul ab eo non distat testis IX, qui asserit: «Ho conosciu-«to il Servo di Dio nel 1926 in Kaunas — postremo scilicet anno vitae Servi Dei — nell'Università, *mentre teneva una conferenza* «per cattolici studenti... *Mi sembra* che nello stesso marzo 1926, «facendo parte di una delegazione, trattai personalmente col Ser-«vo di Dio» (*Summ.*, *p.* 78, § 326).

Testis XIV allocutus est Servum Dei *quater*, et quasdam eiusdem audivit acroases (*Summ.*, *p.* 144, § 605).

21. — Testis processus rogatorialis Buffalen. Famulum Dei minus quam per mensem (a die 8 iulii ad diem 3 augusti a. 1926) in itineribus per Americae Septentrionalis Foederatas Civitates comitatus est, iisque tantum diebus aliquam cum eo consuetudinem iniit (*Summ.*, *p.* 204, § 865).

Neque plus emolumenti afferre valet testis Scrantonensis, qui fatetur se cum Dei Famulo *semel* tantum esse locutum, cum eum occasione Coetus episcoporum Lituaniae a. 1925 vidisset (*Summ.*, *p.* 212, § 898).

22. — Quos recensui testes, si e ceteris demas, patet pondus probationum sustinere totum sodales Clericorum Regularium Marianorum, quare praescripto canonis 2023 C. I. C., quo cautum est dimidiam saltem partem testium debere esse extraneos, cum agitur de probanda fama sanctitatis Servi Dei qui pertinuerit ad aliquam religionem, nescio an paritum sit necne; *specietenus* dumtaxat id esse factum affirmaverim. Cavendum ergo est ne ipsa dilectio, ex religionis orta vinculo, quidpiam Servi Dei laudibus auxerit ac pluris eum fecerit, quam reapse fuit.

23. — Notandum adhuc venit maiorem testium partem novisse Servum Dei postquam episcopali dignitate auctus est; hi enim sunt testes: II, III, IV, VI, VII, VIII, IX, X, XIV, XV, XVI, I Mechliniensis, Buffalensis et Scrantonensis; quatuordecim nimirum, qui omnes si forte VI excipias, obiter nostrum cognoverunt, ita ut omnia fere quae deponunt, ex auditu tantum sint et ex libris documentisque.

Alii vero quatuor testes, videlicet V, XI, Brooklyniensis (ut videtur) et II Mechliniensis, Famulum Dei solum *ante* eius episcopatum noverunt, quorum duo, nempe V processus Romani et II Mechliniensis, dum noster Friburgi ad tempus morabatur.

24. — Qui tandem Servum Dei et *ante et post* susceptum episcopatum cognovere, tres tantum sunt testes, videlicet: I, XIII et I Luganensis. At eorum primus magis eum cognovit antequam ad episcopatum eveheretur, nempe ut magistrum in Seminario Kielcensi et in Petropolitana theologica Academia necnon tempore novitiatus apud Friburgum Helveticrum; adivit Servum Dei episcopum « ad breve tempus, forte unius hebdomadae, in Vilno, a. 1922 vel 1923 » (*Summ.*, *p.* 14, § 57). Isque, licet asserat intimam se cum Dei Servo fovisse consuetudinem ab anno 1902 ad annum 1927, reapse, attenta eius depositione, de solis decem annis agitur (*cfr. Summ.*, *p.* 2, *n.* 5 *et p.* 13, §§ 55, 56). Alter quoque horum testium diuturnam cum Dei Famulo episcopo facto consuetudinem vix habuit; nam aliquoties idque « fuggevolmente » cum eo egit (*Summ.*,

p. 129, § 529). Idem omnino dicendum de teste Luganensi (*cfr. Summ.*, *p.* 186, § 795).

Aequa igitur lance eaque analytica, uti oportet, perpensis testibus, quamvis unus vel alter aliquam cum Servo Dei consuetudinem inivisse asserat, nullus tamen revera intimam ac diuturnam cum eo familiaritatem habuit, ideoque neque intimas eius vitae actiones pernoscere valuit, nullusque habetur testis de visu, qui de universa Servi Dei vita plene testari potuerit, atque omnibus quaestionibus, quae de illius virtutibus agunt, satisfecerit.

25. — Sed antequam de lacunis in vita Servi Dei narranda eiusque virtutibus a testibus exponendis instituam quaestionem, me dubio angi confiteor, num probationum pauperies tribuenda sit nimiae cunctationi in processu ordinaria auctoritate construendo. Probationes enim colligi coeptae sunt anno 1953, annis videlicet sex supra viginti a Famuli Dei obitu, qui anno contigit 1927. Cum processus inchoatus sit intra triginta annos a Servi Dei morte, Actores effugerunt quidem praescriptum canonis 2049, ad cuius tramitem probare debuissent nullam in casu adfuisse fraudem vel dolum aut culpabilem neglegentiam; at Causa minime effugit detrimentum, quod ex retardato processu non poterat quin pateretur. Ecce enim, quae inter Famuli Dei obitum et testium examen intercessit diuturna mora, praecipuum testem, uberiore potioreque rerum scientia instructum, abstulerat mors, Exc.mum dico Petrum Franciscum Bucys, episcopum tit. Olympien. et generalem moderatorem Clericorum Regularium Marianorum, quem testes non semel «coreformatorem» appellant suae Congregationis, et ad eundem saepius se referunt veluti ad fontem ex quo scientiam in hac Causa hausere (*cfr. Summ.*, *p.* 14, § 58: «fons insignis»»; *p.* 78, § 328; *p.* 148, § 621; *p.* 150, § 633; *p.* 183, § 782; *p.* 204, § 866). Alium interim testem praecipuum mors abstulit anno 1947, R. P. Ioannem Krisciukaitis, a secretis Servi Dei episcopi, ad cuius immediatam scientiam multi ex testibus auditis confugiunt (*cfr. Summ.*, *p.* 61, § 246; *p.* 67, § 278; *p.* 81, § 339; *p.* 105, § 426).

26. — Exploratum est ex alia parte, ut infra fusius exponam cum de fama ipsa agetur, Famulum Dei calumniis, iniuriis et censuris fere perpetuo in episcopatu Vilnensi divexatum esse. An ergo tamdiu cunctatum est in Servi Dei vitam et actiones inquirere, donec adversi testes morte subriperentur?

Cur, quaeso, auditi non fuerunt et testes, nisi adversi, saltem Causae minus faventes; tales namque procul dubio reperiri potuissent inter lituanos et polonos longe a laribus deesse coactos; maxime autem inter viros rei politicae et diplomaticae ea tempestate addictos qua Dei Famulus dioecesim Vilnensem regebat, ab iisque adversae opinionis causas exquirere.

Dolendum etiam quod nulla sodalium Congregationis Sororum ab Immaculata Conceptione, a Famulo Dei conditae, in processualibus inquisitionibus ad deponendum accersita fuerit. Item dicendum de omissa interrogatione Exc.mi D.ni Padolskis, « Evêque de Kaunas, actuellement refugé en Bavière, qui doit l'avoir très bien connu » (*Summ.*, *p.* 203, § 863).

Facere quoque non possum, quin heic fatear quam cupidus legissem nonnullas saltem postulatorias sacrorum Poloniae Antistitum litteras, quibus, ut alii plurimi episcopi fecerunt, commissio introducendae Causae peteretur. Quas tamen in Actis frustra quaesivi.

27. — Ut supra dixi, plura adiuncta nos latent tum de Servi Dei vitae stadiis, cum de eius actuositate in variis, quae obivit, muneribus. Quae adiuncta nunc per ordinem expono.

Non multa sunt quae testes de eius ante ingressum in Seminarium adolescentia referunt. Desideratur in Summario vel attestatio recepti Baptismi; dum adest utique *Testimonium nativitatis* (Summ., p. 217), ex quo edocemur de circumstantiis nativitatis deque parentum nominibus.

Ignoramus num ad sacrum Paenitentiae tribunal et ad eucharisticam mensam saepe, et quando primum, accesserit; item, quando sacra Confirmatione roboratus fuerit. Nihil fere scimus de eius ad Christi militiam vocatione deque eius in Seminario spirituali progressione; instant testes in laudando tantum eius acre ingenium. Neque perspectum est qua animi comparatione et quibus pietatis sensibus ad sacros recipiendos ordines, ac praesertim ad sacerdotalem dignitatem ipse accesserit; desiderantur attestationes de sacrorum ordinum susceptione.

28. — Ignota est res quomodo Servus Dei qua vicarius paroecialis se gesserit. Nam « inter annum 1899 et 1902 bis in variis « parochiis per breve tempus munere Vicarii parochi functus est; « prima vice a. 1899, ante studia friburgensia, altera a. 1902, post

« studia absoluta et obtentum doctoratum S. Theologiae. Utraque « vice conditiones in parochia nactus est duras, qui morbum eius « aggravaverunt » (*Summ.*, *p.* 21, § 80). Subit immo me cogitatio Famulum Dei inter et eius Ordinarium simultatem quandam extitisse. Legitur enim in *Summario*, *p.* 21, § 80: « Aliqui scriptores su« spicati sunt aliquam erga Patrem Matulewicz *malevolentiam sui* « *Ordinarii*, quod ego cathegorice nego, nam episcopum Kulinski « bene novi atque non minus bene scio Servum Dei nullam male« volentiam in Kielce meruisse, sed contra sympatiam expertum « fuisse ».

29. — Eo quia adiuncta instaurationis Congregationis Clericorum Regularium Marianorum alta obvolvuntur obscuritate, in medium proferenda sunt Documenta, quae Famulus Dei asseritur ab Apostolica Sede anno 1909 obtinuisse, ut reformandae Congregationi sese dicare valeret: « Matulevicius tornato con i *ri-* « *spettivi documenti* in Varsavia... » (*Summ.*, *p.* 91, § 372). Eo vel magis supradicta Documenta exhibenda sunt, quia uti fertur, Famulus Dei huiusmodi facultatem a S. Sede subreptitia, ni forte obreptitia quadam ratione obtinuit, *nam veram Clericorum Marianorum condicionem haud veridice exposuisset*, proindeque haud leviter iustitiam laesisse dicendus esset.

Desideratur quoque attestatio super dispensatione a tirocinio peragendo ante religiosa vota nuncupata. Namque deponit testis I: « Egli ottenne dalla S. Sede di poter emettere i voti senza « il periodo di noviziato » (*Summ.*, *p.* 5, § 18; cf. et *Summ.*, *p.* 91, § 372). Mirandum sane, quod religiosa professio concedatur absque absoluto novitiatu, absque novitiorum magistro et absque regulis quibuslibet; quod permittatur reformatio Constitutionum viro, qui disciplinam ipsius Instituti unquam expertus sit.

Nec minorem suscitat admirationem modus, quo Dei Famulus in generalem Moderatorem electus fuerit in « Capitulo generali » ab ispomet convocato, tribus novitiis praesentibus, quorum noster primus (*cf. Summ.*, *p.* 92, § 378).

Obscuritate etiam obvoluta est religiosa novitiorum efformatio apud Friburgum in « Domo studiorum », ubi de Servo Dei dicitur: « Egli nella Casa dei Novizi faceva un po' tutto: era Superiore « della Casa e faceva il Maestro dei novizi » (*Summ.*, *p.* 132, § 543).

30. — Dei Famulus fundasse fertur et mulierum Institutum, nempe « Sorelle dei Poveri dell'Immacolata Concezione » (*Summ.*,

p. 6, § 24). Sed si quaeras quae fuerit eius origo, qui progressus, quae regulae, quae F. D. operositas in huiusmodi Institutum, vix aliquid apud testes reperitur, nisi quod Constitutiones concinnaverit.

31. — Iuridicam Actorum formam quod attinet, ex « *aliquanta indagine* » (Bened. XIV, l. II, c. 36, n. 12), nullum gravem defectum Acta Romae et Lugani confecta praeseferre videntur; si quae in ea conficienda leviores irrepserint mendae, aptior iudicii sedes disputabit.

Deleo autem graves irrepsisse irregularitates in Processu rogatoriali Bruklyniensi, nimirum:

1) Vicarius generalis Bruklyniensis, Exc.mus D. Eduardus P. Hoar, speciali mandato iudex *ordinarius* constitutus est ab Exc.mo archiepiscopo-episcopo Bruklyniensi (*cfr. Proc. fol.* 268 v.). Vicarius autem generalis alium iudicem *subdelegavit*, nempe R.mum D. Ioannem Balkunas, una cum aliis tribunalis officialibus (*cfr. Proc. foll.* 266 v. et 267). Insuper idem Vicarius generalis iudici, a se subdelegato, facultatem fecit accipiendi iuramenta officialium tribunalis, exceptis Notario actuario et Vicepostulatore, qui quidem praescripta iuramenta coram ipso Vicario generali praestiterunt (*cfr. Proc. foll.* 263, 263 v., 265).

Cum vero potestas delegata subdelegari nequeat (*can.* 195, § 5, *C. I. C.*), videtur Vicarius generalis, quamvis speciali mandato, ad normam can. 2002, praeditus, non potuisse suam subdelegare potestatem invocando can. 2040 C. I. C..

2) Testis, qui unicus est in processu rogat. Bruklyniensi, suam subscriptionem numquam apposuit nisi in fine postremae suae depositionis (*cfr. Proc. fol.* 350 v.). Nec satis: initio singularum sessionum, quae septemdecim fuere, testis iusiurandum iure praescriptum non iteravit; solummodo initio II sessionis haec adnotatio legitur: « Il teste è stato ancora una volta ammonito che sta- « va sotto giuramento e che doveva dare la sua testimonianza « sotto giuramento » (*Proc. fol.* 282).

3) Non constat, quod grave quidem est, de clausura plici Interrogatoriorum et depositionum testis in singularum sessionum fine.

4) Transumptum processus rogat. confecit ipse Notarius actuarius, sed non constat de iuramento muneris fideliter implendi et adimpleti.

In rogatoriali processu *Mechliniensi* Vicarius generalis archidioeceseos, iudex delegatus constitutus, processui numquam interfuit, sed tota iudicialis inquisitio adornata est coram iudice substituto. Deest quoque epistola promotoris fidei ad tribunal rogans.

De processu rogatoriali *Buffalensi* haec notanda occurrunt: 1) Frustra quaeritur Ordinarii rescriptum, quo tribunal constituitur; id innuitur tantum a Notario (*cfr. Proc. fol.* 422 v.); frustra etiam quaeruntur officialium tribunalis iuramenta, quae indirecte tantum in rogitu Notarii item innuuntur (*cfr. Proc. fol.* 422 v.). 2) Deest deputatio scribae, processus collatio et clausura necnon alia, quae in postrema sessione de iure fieri debent; desunt tandem iudicum et promotoris fidei litterae ad Romanum tribunal rogans.

In processu rogatoriali *Scrantonensi* testis non fuit interrogatus super Articulis Postulatoris (*cfr. Proc. fol.* 471); transumptum factum est a Notario actuario, at non constat nec de eius deputatione, nec de iureiurando quo ad munus fideliter implendum se obstrinxisset.

Propero tandem ad disceptationem de sanctitatis fama, quae quidem verum totius hodiernae quaestionis obiectum constituit.

DE FAMA SANCTITATIS

32. — In hodierna quaestione duo in controversiam veniunt, num Famulus Dei legitima sanctitatis fama fruitus sit, et num haec solidis fundamentis fulciatur.

Ergo quaerendum primum a testibus num Dei Famulus sanctitatis fama, tum in vita tum post obitum, decoratus fuerit.

Testis I respondit: « In vita, il Servo di Dio era ritenuto come « un sacerdote *di gran virtù*. Ma, avvenuta la sua morte, alla una« nimità si disse che era un santo, da parte sia del clero che del « laicato » (*Summ.*, *p.* 13, § 54). Ex hac testatione liquet Servum Dei in vita non esse fruitum sanctitatis fama, sed illa tantum bona opinione, quae generice effertur verbis « *sacerdote di gran* « *virtù* ».

Nec quidquam de sanctitudinis fama, sed de bona quadam aestimatione, eaque non penes populum sed tantum apud Superiores, refert testis II: « Durante il mio noviziato [a. 1919] non ebbi « occasione di avvicinare il Servo di Dio, però *i miei Superiori* « *parlavano molto bene di lui* e lo ritenevano capace, sotto ogni « rapporto, di compiere bene le funzioni di Superiore Generale » (*Summ.*, *p.* 42, § 161; *cfr. et Summ.*, *p.* 42, § 163, ubi pariter de de sola idoneitate Servi Dei moderandi Congregationem est sermo). Verum quidem est testem asserere deinde: « Già quando il Servo « di Dio era vivente, lo si riteneva un uomo santo; dopo la morte « poi, questa fama è andata sempre più aumentando » (*Summ.*, *p.* 49, § 193); at videtur, agi de bona tantum quadam fama idque intra novitiatus saepta.

Veluti « *vir Dei* », quod quidem iuxta communem loquendi modum idem audit ac vir pietate tantum ornatus, habitus est Servus Dei cum Romae degeret in religiosa quadam Fratrum Minorum Conventualium domo: « In vita il Servo di Dio fu nella no« stra Casa stimato come un *uomo di Dio*. Ignoro che cosa si dica « di lui oggi » (*Summ.*, *p.* 51, § 201, *n.* 45). Tanquam « *vir Dei* », non autem ut sanctus, existimatur Servus Dei a testibus XV et I Mechliniensi (*cfr. Summ.*, *p.* 150, § 636; *p.* 202, § 859).

Non secus testis IV, suam ipsius dumtaxat opinionem expromens: « Messe insieme tutte queste mie *impressioni* e tutti que« sti miei ricordi, sono fermamente convinto che il Servo di Dio « era *uomo di grande virtù* » (Summ., p. 53, § 209), nihilque se scire de fama apud alios vigenti post Servi Dei obitum testatur (*Summ.*, *p.* 53, § 210).

Neque aliter testis V, qui deposuit: « In Svizzera ed in Polo-« nia si parlava del Servo di Dio come di un uomo di esimia virtù e « di grande coerenza » (*Summ.*, *p.* 56, § 219); huiusmodi rumor nondum sanctitudinis fama est dicendus.

33. — Testis VI, qui inter potiores censendus est, facili se expedit de negotio circa suae Congregationis instauratoris famam: « Già mentre il Servo di Dio era in vita vi fu chi lo ritenne per « santo, ma questa fama crebbe specialmente dopo la sua morte. « Pio XI, che aveva conosciuto il Matulewicz, ebbe a dire, dopo « la di lui morte, che era scomparso un santo » (*Summ.*, *p.* 73, § 302).

Sententiam dicere suam anceps est testis VII: « Personalmente, « non posso pronunciarmi; ho parlato però con i suoi confratelli, « che sono lituani, polacchi, ecc., e da tutti ho inteso dire *un gran* « *bene* » (Summ., p. 75, § 310). Mirum sane quod testis, ne ab ipsis quidem Clericis Marianis, quidpiam audierit de *fama* sanctitatis, sed de sola quadam bona opinione; quod difficultatem magis quam probationem facessere videtur.

Haerens quid ad rem dicat, testis VIII deponit: « Da vari « compagni di studio, tra cui l'Arcivescovo attuale di Vilno, mons. « Romualdo Jalgrzykowski, appresi che il Servo di Dio era da lui « molto stimato per vivacità di ingegno e per *bontà di cuore* » (Summ., p. 75, § 313).

Testis IX asserit Servum Dei iam vivens condecoratum fuisse fama sanctitatis in Lituania, eaque dudum perseverare inter lituanos exsules (*cfr. Summ.*, *p.* 85, § 356); verum testis ipsius opinio revocatur ad quandam « *ottima impressione* » (Summ., p. 78, § 326).

34. — Testis X, qui est de auditu, nihil prorsus ad rem affert; nihil pariter testes XI et XVI.

Testis autem XII, qui nonnisi suis e studiis et ex documentis, quibus explorandis plus octo annis incubuit, affirmat: « Sono circa « otto anni che mi dedico allo studio delle fonti che riguardano la « figura e l'attività del Servo di Dio... e posso dichiarare che *tutti* « *i contemporanei* lo hanno stimato per santo » (*Summ.*, *p.* 116, § 481); ast, quomodo assertum componatur cum censuris et insectationibus, quibus Dei Famulus in episcopatu Vilnensi fuit impetitus, non video; amplificationem quisque persentit.

Dum viveret, Servum Dei esse a nonnullis praedicatum sanctum dicit testis XIII; sed hanc ob rationem: « Già mentre era

« vivente, non poche persone, che avevano avuto la fortuna di av-« vicinarlo, di sentirlo parlare, *specie allorché predicava i ritiri*, lo « ebbero a giudicare un santo » (*Summ.*, *p.* 144, § 601).

De vigenti tantum quadam aestimatione eademque vaga et generica nos edocet testis XIV: « Oggi il Servo di Dio viene *de-« scritto* quale santo sia dal clero che dal popolo » (*Summ.*, *p.* 147, § 619).

35. — Testis Bruklyniensis fatetur Servum Dei, cum Friburgi Helvetiorum degeret, a nemine dictum esse sanctum (*cfr. Summ.*, *p.* 163, § 691); viguisse tantum communem de eius *bonitate* opinionem (*cfr. Summ.*, *p.* 182, § 779), deque eius bona exstimatione: « avevano la più grande opinione » (*Proc. fol.* 346 v.); « Mentre egli « era in vita, la gente aveva *alto rispetto* per lui » (*Summ.*, *p.* 184, § 784). Exorsus erat testis suam depositionem ita: « E' per giusti-« zia che lo voglio vedere elevato agli onori degli altari, *a causa « della* sua buona vita, del buon esempio che ci diede mentre era « in vita » (*Proc.*, *fol.* 279, *n.* 5). Ubinam, quaeso, splendidum virtutum exercitium?

Praestat quoque meminisse quid idem testis dicat de fidelium ad Servi Dei sepulcrum concursu: « Non so né ho udito di qualun-« que grande affluenza di gente attorno alla sua tomba. Alcune « volte che visitai la chiesa di Marijampolé in occasione dei miei « viaggi, *fui praticamente solo* in chiesa, poiché era mezzogiorno e « la gente stava a mangiare » (*Proc. fol.* 314 v.). Et: « Quando « andavo a farvi visita la domenica vedevo presente delle nume-« rose folle » (*Proc. fol.* 343 v.). Nil sane mirum si Christifideles Sacro in ecclesia, in qua Dei Famuli condita sunt lipsana, die dominico multi intererant!

36. — Luganensis testis ait ab aliis se esse edoctum Servum Dei in « odore sanctitatis » emortuum atque in sollemniis funerum eiusdem sanctitatem esse laudatam (*cfr. Summ.*, *p.* 190, §§ 810, 811). Nemo sane non videt quam a longe sanctitatis fama heic aspiciatur.

Aptius forsan rei iuvat testis I Mechliniensis, omni asseveratione affirmans Famulum Dei sanctitatis fama decoratum cum in vita tum post mortem: « L'opinion générale est que Monsei-« gneur fut un véritable saint durant sa vie et cette opinion s'est « toujours maintenue depuis sa mort » (*Summ.*, *p.* 201, § 854). Videtur tamen testis ambitum, in quo fama exstet, circumscribere:

« Cette opinion existe en Lituanie, paraît-il, et auprès des Maria-« nistes » (*Summ.*, *p.* 201, § 854).

Testis autem Buffalensis non sine quadam haesitatione contendit: « *Direi* che generalmente egli era considerato un sant'uomo » (*Summ.*, *p.* 211, § 894).

Ex teste denique processus rogatorialis Scrantonensis haec edocemur: « Potrei menzionare qui, che quando stavo a Varsavia « nel 1945 vi era il convincimento comune che egli fosse un santo » (*Summ.*, *p.* 214, § 903); eamdemque opinionem exstitisse occasione funerum apud populum: « che l'arcivescovo era un santo » (*Summ.*, p. 214, § 904), et dudum hanc sanctitatis famam vigere.

37. — Quae omnia si obiective perpenduntur, aliqualem subesse sanctitatis famam Servi Dei non negaverim. Atvero, cum testes fere omnes instent eamdem praesertim post obitum erupisse, ambigendum num spontanea omnino sit, an potius arte et industria hic illic excitata.

Videtur enim imprimis translationem exuviarum Servi Dei, anno 1934 solemni pompa peractam, corpore incorrupto reperto, occasionem extitisse famae excitandae et augendae. Id absque temeritate arguere licet ex depositione testis Bruklyniensis: « La « fama del Servo di Dio aumentò *specialmente* dopo la sua morte. « Mentre era in vita, la gente aveva *alto rispetto* per lui. La sua « fama non diminuiva mai. Per due ragioni la fama del Servo di « Dio *aumentò*: la prima, che furono pubblicate e discusse le in-« chieste e le indagini dell'opera della sua vita; la seconda, *il tra-« sferimento* dei resti da Kaunas a Marijampolé, dove si verifica-« rono dei prodigi e ciò fu la causa della devozione al Servo di « Dio » (*Summ.*, *p.* 184, § 785). *Et Summ.*, *p.* 215, § 907: « Quando « il suo corpo fu esumato per il trasporto, esso fu trovato intatto « ed in perfette condizioni, malgrado l'inondazione della Cattedrale, « avvenuta un paio di anni prima »; *cf. et Summ.*, *p.* 13, § 53; *p.* 72, § 301.

Ex eo tantum tempore sepulcrum Servi Dei frequentari coeptum est: « La gente cominciò a visitare la sua tomba, *appe-« na* il suo corpo fu trasferito, e la gente ha continuato *da allora* « a visitare la sua tomba regolarmente » (*Summ.*, *p.* 215, § 908; *cfr. et Summ.*, *p.* 49, § 192).

Exploratum quoque videtur, plurimum ad hanc famam post Servi Dei obitum conciliandam et promovendam contulisse stu-

dium et industriam amicorum: « Prego per la sua causa e *faccio sì* « che altri conoscano la sua vita e domando loro di pregare per lui. « Ho fatto questo negli Stati Uniti, in Lituania ed in Polonia » (*Summ.*, *p.* 212, § 897, *n.* 5).

38. — Porro, quaerendum est utrum aliqualis saltem fama sanctitatis, quae honeste agnoscenda est, orta dici possit *ex probabilibus causis*, seu ex integritate vitae et ex splendido Servi Dei virtutum exercitio, quippe quae famae sanctitatis legitimam originem constituere debeant.

Inficiari haud potest Dei Famulum aliqua maioris momenti pro Ecclesia molitum esse, ut puta instaurationem et ordinationem fatiscentis fereque pereuntis Ordinis Clericorum Regularium Marianorum, fundationem Congregationis Sororum ab Immaculata Conceptione, pastoralis ministerii opera et industrias partesque muneris Apostolici in Lituania Visitatoris feliciter expletas, quibus omnibus adhuc vivens multa apud plures admiratione et commendatione gavisus sit.

Verum tamen, si haec excipias, nihil peculiare in Servo Dei suspexisse videntur qui eum noverunt. Alia enim, quae testes in medium attulerunt ad famam sanctitatis ex splendido virtutum exercitio comprobandam, satis prodesse non dixerim. Sunt quippe admodum generalia et vaga; vix aliquid ex iis testimoniis expromi potest quod proprium per se et commune non sit cuiusque boni sacerdotis, religiosi, fundatoris et episcopi, praesertim quod Divini Officii recitationem, quod Missae celebrationem, quod religionem erga Deiparam, quod erga Romanum Pontificem obsequium attinet. Exinde ergo non sequitur Famulum Dei virtutibus omnibus, iisque perfecta ratione iugiter exercitis, ornatum fuisse.

39. — Caute insuper discernenda est genuina sanctitatis fama ab illa quacumque bona opinione, quam sibi facile comparat vir in episcopali dignitate constitutus, praesertim si indolem comptam et suavia lineamenta natura ipsa hereditavit. Profecto his dotibus Servus Dei describitur: « Servus Dei tanta excellebat « simplicitate, modestia, tanta humilitate et amabili "democra- « tismo", ut nos omnes et principaliter ego virtutes mei Magistri « Novitiatus *tamquam quid naturale consideraverim* » (Summ., p. 33, § 128). De simplicitate episcopi haec et testis II Mechliniensis, qui parochus fuerat dioeceseos curae Servi Dei commissae: « Il « aimait la simplicité. Un jour, je l'accompagnais au Vatican. Il

« était tout en violet; comme je plaisentait en lui disant: " Monsei-
« gneur, vous êtes bien joli, maintenant". " Que voulez-vous, ré-
« pondit-il, je dois faire ainsi, mais je préfère être plus simple que
« cela" » (*Proc. fol.* 404).

Ad haec candide fateor, idque longe a quavis intentione difficultatem fingendi, quod mecum ipse diu quaero, num testes, ac praesertim Clerici Mariani, Famulum Dei veluti splendenti sanctimoniae nimbo circumdatum conspexerint admiratione, ne dicam commiseratione moti, ob ingrata et salebrosa adiuncta, in quibus per septennium Vilnense, versatus est Famulus Dei, mediis scilicet in oppugnationibus et incriminationibus, quas ipse patientia et animi bonitate pertulisse fertur. Ad rem testis I ait: « Quinta vice « adivi Servum Dei ad breve tempus, forte unius hebdomadae, in « Vilno, a. 1922 vel 1923, ut ei monstrarem filialem affectum et « *compassionem* propter infestationes et molestias, quas patiebatur « a quibusdam nationalistis polonis » (*Summ.*, *p.* 14, § 57). « Nul- « lum est mihi dubium, scribit idem testis, quin septennium epi- « scopale Servi Dei in Vilno fuit (*sic*) crux et quidem valde onerosa » (*Summ.*, *p.* 14, § 57).

40. — Utcumque res se habet, testes rogati iuxta *Interrogatorium* XXXVII Promotoris fidei, an Dei Famulus christianis virtutibus inclaruerit non communi ratione exercitis, haec dederunt responsa: *a*) omnes virtutes heroicum in modum eum coluisse affirmant testes I et II processus Romani, necnon II Mechliniensis (*cfr. Summ.*, *p.* 12, § 50; *p.* 49, § 190; *p.* 200, § 852); quasdam tantum virtutes heroicas dicit testis Bruklynensis (*Summ.*, *p.* 182, § 778); *b*) Famulum Dei generice virtutibus praeditum dicunt testes III, VI, XIV et XV (*cf. Summ.*, *p.* 51, § 201; *p.* 72, § 298; *p.* 147, § 619; *p.* 150, § 635); *c*) eum fuisse virum « di grande virtù » « ricco di virtù », aiunt testes IV, V et VII (*cf. Summ.*, *p.* 53, § 210; *p.* 55, § 216; *p.* 74, § 308); *d*) virtutes supra communem operandi modum exercitas praesumit testis Buffalensis (*cf. Summ.*, *p.* 211, § 893); *e*) nihil de modalitate virtutum pandunt, nisi quod defectus quoslibet in Famulo Dei sese non prospexisse aiunt testes IX, X et XI (*cf. Summ.*, *p.* 85, § 354; *p.* 105, § 427; *p.* 109, § 443); *f*) testis VIII fatetur se non valere iudicium ferre: « Mi è impossibile affermare « se egli abbia esercitato tutte le virtù in grado costante » (*Summ.*, *p.* 77, § 321); testis XII aliorum longius exponit opinionem, suam autem non patefacit. Testes tandem Luganensis et Scrantonensis

se nihil scire respondent (*cf. Summ., p.* 150; *Proc. fol.* 374; *Proc. fol.* 467).

Veritati ergo plenae non respondit asseveratio Patroni, dicentis testes omnes Servum Dei praedicare omnium virtutum exemplum et heroëm praeclarum (*cf. Inform., p.* 10, *n.* 10).

41. — Neque, ceu in Dei Famulis usu venit, ullus accessit donorum supernaturalium vel miraculorum tum in vita, tum post obitum fulgor. Non enim tale nomen meretur unum vel alterum factum, quod aliqui testium ad caelestia charismata, vel ad portenta referre conantur. Imo, quatuordecim testes, super donis et miris rogati, nihil se scire vel audivisse confitentur.

42. — Mei muneris religione venio demum ad dicta vel facta, quae assertae famae sanctitatis adversentur atque *virtutum splendorem quodammodo obnubilent.*

Profecto, de Famulo Dei, adhuc adolescente in Academia theologica Petropolitana, refert testis Luganensis: « Per quanto ri- « guarda l'umiltà: nel tempo in cui fummo condiscepoli non ho « notato umiltà eccessiva, ma non ho neppure notato nulla contro « il precetto dell'umiltà. *Sapeva del suo ingegno,* ma non ne fa- « ceva sfoggio » (*Summ., p.* 189, § 807). Atvero, ea quae a teste I narrantur de iuvene seminarista in sacro ephebeo Kielcensi, quandam denuntiant Servi Dei iactantiam, quae causa fuerit dissensionis inter eundem et linguae Latinae docendae magistrum (*cf. Summ., p.* 19, § 75). Cui quidem iactantiae et ostentationis indoli ob sui ingenii conscientiam, idem testis tribuit alia duo facta tempore studiorum in Petropolitana Academia, et tertium dum ibidem munere professoris theologiae dogmaticae fungitur (*cf. Summ., p.* 20, § 79; *p.* 26, §§ 90, 101).

Elogium quoque suae ipsius auctuositatis et laboris Petropoli exantlati, non dixerim humilitatem commendare (*cf. Summ. ex off., p.* 67 s.).

Castitatis servandae studiosissimus, « all'età di circa 32 anni, « nell'ingresso del Seminario, si imbatté in una donna che dovette « fargli proposte poco serie, poiché egli reagì *in modo violento,* « prendendola a calci », refert testis I (*Summ., p.* 11, § 48). Modum facile ipsum excessisse, attenta loci circumstantia, affirmaverim, neque animi motus, saltem qua Sanctorum est fortitudine, cohibuit.

43. — Quaedam reperiuntur facta, quibus episcopus Matulevicius caritatis in proximum officia laesisse videtur, ut ecce omissa diligentia nepotem, Petropoli studiorum causa degentem, ad bonam frugem reducendi (*cf. Summ., p.* 169, § 719); omissa apud civiles potestates deprecatio ne sontes, qui dicerentur, sacerdotes capitali poena plecterentur. Audi testem VI: « Parimenti, quando « il Governo Polacco arrestò vari esponenti anche del clero, gli « fu detto che solo il suo intervento avrebbe potuto risparmiare « ad essi la morte. Il santo Vescovo, a chi gli rivolgeva un tale « invito, rispose: siano pure giudicati, e, se sono colpevoli, è « giusto che siano puniti » (*Summ., p.* 60, § 242; *cf. et Summ., p.* 105, § 424).

In corrigendis quoque subditis vix fortis ostenditur: « Con« fessus est tamen, scribit testis I, candida cum sinceritate in suo « diario, sicut et alios defectus, quod aliquando, quasi ex amore « proprio, omittebat monitiones et correctiones individuales alum« norum, contentus generalibus » (*Summ., p.* 38, § 148). Non aliter, cum agebatur de clero admonendo: « Monseigneur, on vous trou« vait pas assez sévère vis-à-vis des prêtres peu zélés », respondit testis II Mechliniensis Famulo Dei, olim percontanti testem de ipsiusmet ratione sese gerendi erga clerum (*Summ., p.* 198, § 842).

Insuper, Famulum Dei non laudaverim, ut testes faciunt, quod « in una volta sola amministrò la Cresima *a più di seimila persone...* « Così pure in un'altra località della sua diocesi, nella quale il « Vescovo non si era fatto vedere da oltre 60 anni, il Servo di Dio « amministrò la Cresima a 35.000 persone adulte » (*Summ., p.* 44, § 169; *cfr. et Summ., p.* 36, § 140; *p.* 64, § 260).

44. — Ex iis quae superius innui, sub n. 29 cum de *Probationibus* ageretur, vix videretur quaestioni de iustitia heroice a Famulo Dei exercita locus superesse.

45. — Valde autem ambigere licet, num Servus Dei, quoad politicam rem, eximiam prudentiam ostenderit, eo vel magis quod eius agendi ratio hac in re vix in Actis illustratur.

Testes fere omnes, et eorum quidam crebris sermonibus, mentionem faciunt difficultatum ordinis politici, quas Episcopus Vilnensis superare debuerit. Audiatur testis XIII: « Gli anni del suo « governo furono molto difficili, poiché Vilna passò dai tedeschi « ai Lituani e ai polacchi. Sebbene il Vescovo riuscisse a rimanere

«fuori delle lotte politiche, pur tuttavia non mancarono calunnie «e persecuzioni, che egli poté sopportare con la sua forza d'animo, «sorretto da una profonda fede» (*Summ.*, *p.* 133, §§ 550, 551).

Incusationes contra Servum Dei habentur cum ex parte Lituanorum tum Polonorum: «Auctores Lithuani, scribendo de Servo «Dei, non possunt continere quandam acerbitatem. Non est mira «haec exacerbatio. Episcopus Matulevicius fuit Lithuanus, ardens «amator patriae; passus est persecutionem a nationalistis polonis; «Vilno, olim urbs capitalis Lithuaniae, capta est a Polonis. Hoc «problema spinosum in vita Servi Dei occurret iterum iterumque «in suo processu informativo» (*Summ.*, *p.* 16, § 64). Et in *Proc. fol.* 304 r. leginius: «Il governo polacco del tempo non era soddi«sfatto di lui». Imo, vel sacerdotes et religiosi Servo Dei adversati sunt: «Etiam aliqui sacerdotes et religiosi lapides in me mit«tunt: gravis crux» (*Summ.*, *p.* 29, § 114).

Revisores quoque scriptorum Servi Dei non praetereunt calumnias in Servum Dei factas: «Continuo loquitur [in eius epi«stolis] de crescentibus *calumniis* in ephemeridibus» (*Summ. ex off.*, *p.* 24, *in medio*); «... sacerdotes *calumniabant* episcopum» (*ibid.*, *p.* 23, *in medio*); «*Calumniantur* et eius opera in suspicio«nem ponitur» (*ibid.*, *p.* 68); «Ut ex epistulis Servi Dei patet... «tum in ipsis initiis eius episcopatus, tum eo durante, tum etiam «in ipsa a munere hoc cessatione permulta pati debuit, *calumniis* «*et iniuriis divexatus*» (ibid., p. 70).

At cuiusmodi fuerint calumniae, criminationes et insectationes, quibus Famulus Dei obnoxius perpetuo fuit, nos omnino latent. Res igitur definite, quaeso, a Patrono explanentur.

Asserit testis I fautores nationis suae amplificandae, seu «nazionalistae» qui dicuntur, non fuisse Servo Dei faventes «*perché* «*avrebbero voluto che egli assumesse posizioni che non si addicono* «*ad un Vescovo*» (Summ., p. 7, § 28). Iamvero, insto et exposco ab Actoribus quid adversi isti viri a Servo Dei postulassent, quod episcopum dedeceret. Idque eo vel magis, quia, iuxta dictum testem, «non sunt tamen absolute condemnandi nationalistae poloni, «*neque absolute excusandus ab omni errore episcopus Matulevi*«*cius*» (Summ., p. 30, § 115; cf. et §§ 116-118).

Apte quoque definiantur «acres incriminationes» socialistarum in Servum Dei (*cf. Summ.*, *p.* 145, § 610).

46. — « Come io stesso — ait testis VII — ho potuto constatare, « la situazione etnica era molto difficile, e soltanto *una buona dose « di prudenza* poteva evitare, a chi governava la diocesi, *critiche o « attriti dolorosi* » (Summ., p. 74, § 309).

Nostra profecto interest probe noscere num et quomodo eiusmodi censurae, improbationes et contentiones declinari potuissent, ut plena adiunctorum scientia aestimaretur Dei Famuli prudentia in politica ratione sese gerendi.

47. — Tamquam eximiae prudentiae Servi Dei argumentum a testibus passim adducitur eiusdem abdicatio episcopali regimini: « Fu appunto la virtù della prudenza che lo portò, nel « 1925, a presentare le sue dimissioni di Vescovo di Vilna, alla « S. Sede » (*Summ., p.* 9, § 39, *et passim*). Ast huiusmodi adbicatio animadversiones nacta est: « Quando il Servo di Dio rinunciò « al Vescovado, dopo stipulatosi il Concordato tra il Vaticano e « la Polonia, i Lituani di Kaunas ed in specie quelli appartenenti « a partiti anticlericali, *ebbero a criticarlo* per aver abbandonato « egli, Vescovo Lituano, la sede di Vilna » (*Summ., p.* 81, § 339; *cf. et Summ., p.* 172, § 730). Vel Episcopis et gubernio Poloniae videtur displicuisse haec renunciatio, ut legitur in Voto Censoris scriptorum Servi Dei: « Ipse legatus (ambasciatore) polonus « ad Sanctam Sedem, Ladislaus Skrzynski, affirmavit per tres annos « sui servitii multas se audivisse accusationes et querelas contra « eum, tamen, inquisitione facta, omnes apparuisse sine ullo fun- « damento (X 148); et testatus est suum gubernium eum valde aesti- « mare sicut episcopum et sicut personam, doletque episcopatum « polonicum per ejus abdicationem perdidisse eminentem personam, « adjunxitque idem gubernium, cum intentione optime componendi « rem, intervenisse apud Sanctam Sedem, ut Servum Dei transfer- « ret ad sedem episcopalem, nuper erectam, Czestochoviensem » (*Summ. ex off., p.* 29 s.).

48. — Quoad sedis autem abdicationem adhuc dicendum est ex Actis non clare constare, utrum Famulus Dei sponte, an potius Romani Pontificis voluntati obsecundans sedi Vilnensi renunciaverit. Sunt namque testes qui primum affirmant: « Quando Vilna, « in seguito al trattato di pace, venne assegnata alla Polonia, e, « poi, stipulato il concordato tra questa nazione e la S. Sede, fu « elevata a sede metropolitana, il Servo di Dio *ritenne opportuno*

« *rassegnare le dimissioni*, che Pio XI accettò » (*Summ.*, *p.* 7, § 26; *cf. et Summ.*, *p.* 59, § 234; *p.* 94, § 384; *p.* 134, § 552).

Aliunde vero Famulus Dei videtur a Summo Pontifice evocatus: « A causa delle mutate condizioni politiche della città, *egli* « *venne richiamato* a Roma » (*Summ.*, *p.* 76, § 315); « Sia in questa « visita che nelle successive, egli mi accolse con grande affetto, « mai lagnandosi della *disavventura* capitatagli » (*Summ.*, *p.* 76, § 316); « Quando la stampa prese ad inveire contro di lui perché si « ritirasse da Vilna, egli rispondeva: "Per volontà del S. Padre « sono venuto qui, e soltanto quando Egli avrà creduto che sia « giunto il momento, io mi ritirerò" » (*Summ.*, *p.* 61, § 246). Ergone intervenit ipse Summus Pontifex? Etiam alter Censorum scribit: « Et revera crucem hanc portavit usquedum a Romano Ponti- « fice, Vicario Christi, *fuit avocatus, quam avocationem* semper « suspiravit » (*Summ. ex off.*, *p.* 63, *infra*).

Ut rei admodum pro me obscurae lux aliquando afferatur, opus est ex S. Congregatione Consistoriali vel ex Secretaria Status omnia, quae ad rem pertineant, exquirere.

49. — Non modo prudentia, verum etiam animi fortitudo Famuli Dei in dubium vertitur, quia, etsi paratus se diceret omnia pro Ecclesia Dei pati (*cf. Summ.*, *p.* 68, § 283), nihilominus sese a « cruce episcopatus » liberare exoptat (*cf. Summ. ex off.*, *p.* 63, *infra, et ibid. passim*).

Non ille sane, qualis a testibus praedicatur, forti animo vir videtur noster. Conqueritur namque saepius suis in epistolis, vix contentus, ut Sanctorum est, vel saltem aequo animo adversa perferens: « Solus Deus scit, *quantum* debeo hic pati » (*Summ., ex off.*, *p.* 28, *in medio*); « Vilnae saepe impressionem habui me esse « *in antecamera inferni...* » (ibid., p. 69, in medio); « Impossibile « erat longius hic permanere, *dementia fuisset* » (ibid., p. 29, in medio); et alia id genus (*cf. Vota Censorum passim*).

Ceterum ipse testis I corrigendas esse putat amplificationes seu exaggerationes, « quae creant Servum Dei verum "martyrem" « et proclamant Vilno eius "Golgotham" » (*Summ.*, *p.* 16, § 64). « Non si trattò, per la verità, testificatur idem testis, di ingiurie « personali, ma di attacchi da parte di nazionalisti che vedevano « di mal occhio in Polonia, in Vilna, un Vescovo Lituano, che per « di più era amante della sua patria » (*Summ.*, *p.* 11, § 45).

50. — Quaerendum, tandem aliquando, quae fuerit causa tam circumspectae et lentae receptionis ex parte Lituanorum, cum apud eos qua Visitator Apostolicus se contulit. An de Famuli Dei prudentia dubitatum est? Ecce enim: « Gli esponenti dei partiti poli- « tici — non exclusis democratiae christianae fautoribus — rimase- « ro assenti e alla stazione egli trovò soltanto i dignitari ecclesia- « stici » (*Summ., p.* 83, § 344); « La sua prima apparizione uffi- « ciale fu alla Conferenza Nazionale Cattolica di Lituania. Sul « principio egli fu ricevuto *molto freddamente* » (Summ., p. 213, § 901). Imo vero: « Egli ebbe delle *difficoltà con il rappresentante « pontificio* in Lituania e perciò ottenne dal Cardinale Gasparri il « permesso di inviare le sue lettere direttamente al Cardinale Ga- « sparri. Questa informazione l'ho trovata negli Archivi Mariani « di Roma » (*Proc. fol.* 430 v.). Cuius generis fuerint hae difficultates, explanatione indigent.

Sed iam animadversionibus finem imponam. Utinam tot obiectis, quae Causam spectant, Patroni peritia occurrat; id non minus nobis, quam Actoribus iucundum obveniet.

Quae tamen dicta sint sub censura, salvo etc.

Romae, die 26 *Februarii* 1964.

Fr. Ferdinandus Antonelli, O. F. M
S. Cons. Adv., Fidei Promotor Generalis

ROMANA seu KAUNEN.

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS

SERVI DEI

Georgii Matulewicz-Matulevicius

SEU

Matulaitis

ARCHIEPISCOPI TIT. ADULITANI

REFORMATORIS CONGREGATIONIS CC. RR. MARIANORUM

ET FUNDATORIS

CONGREGATIONIS SORORUM AB IMMACULATA CONCEPTIONE

RESPONSIO AD ANIMADVERSIONES
PROMOTORIS GENERALIS FIDEI

SUPER DUBIO

An signanda sit Commissio introductionis causae in casu et ad effectum de quo agitur.

Em.me ac Rev.me Domine,

Animadv. n. 1-15

1. — « Mirabili in varietate causarum, quae coram hoc sacro Ordine peraguntur, pergratum mihi est — scribit cl. Censura inde ab initio suarum Animadversionum — (*l. c. p.* 1, *n.* 1) quaestionem modo ponere de eximio Sanctae Ecclesiae episcopo simulque insignis optimeque meritae Congregationis religiosae instauratore, qui, uti fertur, « vir vere sanctus » a Pio Papa XI appellatus est » (*Animadv. p.* 1, *n.* 1).

2. — Quam suavia auribus nostris haec verba resonent, nemo est qui nesciat, ac ideo fidenti animo vel nubeculas profligare e medio curabimus quas obicit ipsa cl. Censura.

3. — Synopsim vitae S. D., quam cl. Censura exhibet, optime subscribere possumus, cum rerum veritati adamussim respondeat, cumque nil nobis obiciat in describendis vita et operibus S. D.

De probationibus

Animadv. n. 16-19

4. — Verum est judiciales probationes super fama sanctitatis vitae, virtutum et miraculorum in genere Servi Dei colligi coeptas esse die 31 Octobris anno 1953, non equidem apud ecclesiasticam Curiam Kaunensem, intra cuius dioeceseos fines supremum obiit diem Famulus Dei, sed apud Curiam Vicariatus Urbis (*Animadv. p.* 8, *n.* 16). At hoc factum est gravi de causa obtentaque licentia a S. R. C. Quod concedit ipsa cl. Censura, quae addit: « *facta ad hoc Sacrae Rituum Congregationis facultate*, postulantibus Actoribus, *propter adversa*, in quibus catholica Ecclesia in Lituania versatur, adiuncta » (*Animadv. p.* 8, *n.* 16). Attamen conqueritur: « Desideratur tamen in *Summario* hujusmodi Rescriptum » (*l. c.*).

In fine hujus Responionis documentum ostendemus. Ideo quaestio jam deleta est (*Cfr. Summ. responsioni additum, N. II, pp.* 2-3). Decretum datum fuit a S. R. C. die 21 aprilis 1953, cum Lituania a Russis occupata esset cum consequenti *immani persecutione* in Catholicam Ecclesiam.

5. — Dein cl. Censura enumerat Processus constructos in casu (romanum scilicet et quinque rogatoriales) enumerat testes examinatos, sive a parte inductos sive ex officio accitos, ac tandem quaestionem sibi proponit num excussi testes ii sint et numero et qualitate eaque praediti scientia, ut ex eorum depositionibus *probationes omnino plenae* habeantur (*cfr. can.* 2019). Dubium enim non est quin, si processus Kaunae vel etiam Vilnae institutus

fuisset, ubi Dei Famulus e vivis excessit, seu ubi episcopatum per fere septennium tenuit, probationum segetes exstitissent uberiores (*Animadv. pp.* 8-9, *n.* 17).

Cum ad virtutum famam et ex iis enatam communem sanctitatis opinionem juridice probandam *octo* saltem requirantur testes, ac praeterea *duo* saltem testes ex officio vocandi sint (*cfr. can.* 2020, § 2), *haud in incerto est*, in hac adornanda Causa, menti saltem canonis *satis esse factum*. Testes enim universi qui, in cunctis sex judicialibus inquisitionibus auditi fuere, ad *viginti duos* ascendunt, quorum *duo* ex officio sunt vocati et excussi.

Porro eos inter *sexdecim* sunt *sacerdotali*, imo unus *cardinalicia* aucti dignitate, quorum septem ad dioecesanum, novem autem ad regularem clerum pertinent; unus deinde testis ex ordine est laicorum O. F. M. Conventualium; religiosa una ex Congregatione Sororum a Resurrectione; ac tandem *quatuor* sunt viri laici, quorum duo professores, unus ludimagister et alius ianitor. *Octo* omnium sunt testes, quos *internos* vocamus, idest sodales Congregationis Clericorum Regularium Marianorum, cuius Famulus Dei exstitit reformator; reliqui quatuordecim sunt externi.

Praestat quoque meminisse e testibus *natione* esse: novem *lituanos*, sex *polonos*, quatuor *italos*, unum *albo-russum*, unum denique *letonum* (Animadv. p. 9, n. 18), et adde unum belgam.

6. — Quaestio est, igitur, mere philosophica, non historica neque iuridica eamque ipsa cl. Censura solvit.

7. — Dicit enim: « Testium autem quod attinet numerum, copiosum esse haud dixerim, (non requiritur quod sint copiosi Testes sed quod sint *sufficientes* —, quod verum, non denegat cl. Censura), cum agatur de eximio viro, qui instaurator exstitit inclitae religiosae Congregationis cuius per totam vitam supremus fuit moderator, atque per septennium amplissime Vilnensis dioecesis episcopatum tenuit; quare intimus eius collaborator in reformanda Congregatione haud haerens potuit asserere: « Con tutta serietà, « si emerge la questione se non si deve, dopo Valancius, chiamarlo « Patriarca » (*Summ. p.* 101, § 406). Censorum vero alter, scriptis Servi Dei perpensis, scribere non dubitat: « Il Servo di Dio fu « veramente il ricostruttore della sua diocesi ed esercitò un enorme « influsso su tutto il paese... vedendo i problemi nella loro com-

« plessità e in tutte le loro eventuali conseguenze (*Summ. ex off. p.* 11) ». (*Animadv. p.* 9, *post med., n.* 18).

8. — Certe « testes non esse numerandos sed ponderandos » tenemus et nos (*l. c. p.* 10, *init.*), at confirmamus quod Praedecessor noster scripsit, nempe: « Testes itaque tales esse ut, tum *numero* tum *qualitate,* vere firmum, idoneum ac plenum praebeant probationum instructum » (*Informatio, p.* 10, *supra*).

9. — Neque contrarium probare valet cl. Censura: « Asserit quidem Patronus testes *omnes* esse de visu, duobus tantum exceptis, qui dicuntur de auditu a videntibus » (*Inform. p.* 9). Minus tamen recte; quandoquidem pressius inspecti, omnes viginti illi testes « de visu », in omnibus fere quae testati sunt, edoctos se produnt a testibus oculatis et potissimum ex libris et documentis » (*Anim. p.* 10, *n.* 19).

10. — Magna fit rerum confusio inter testes de virtutibus S. D. et de eiusdem vita, et inter testes *de fama* sanctitatis vitae ac miraculorum.

Porro, quoad famam attinet, omnes propria scientia deponunt (*Cfr. Summ. p.* 49, § 193; *p.* 50, § 194; *p.* 73, §§ 303-304; *p.* 85, *in fine; p.* 106, *ad* 45-47; *p.* 116, *in fine; p.* 117, *init.; p.* 144, *ad* 46-47; *etc.*); quoad virtutes insuper S. D., adsunt quidem nonnulli testes qui ex auditu a vidente referunt (*Cfr. Summ. p.* 41, § 157 *sq.; p.* 52, § 203; *p.* 54, § 212; *p.* 56, § 221; *etc. etc.*) .

Sed hac in sede agimus *de fama* sanctitatis et miraculorum, altera in sede dicemus de heroicis virtutibus S. D. ac igitur testes adducti, pro praesenti quaestione, sunt omnino sufficientes ac legitimi.

11. — Hac ratione praehabita dimittimus animadversionem contra testimonium E.mi Cardinalis Pizzardo deponentis: « circa « *le virtù* del Servo di Dio non so dir nulla » (*Summ. p.* 150, *in fine*); et R. Sororis Teresiae Kalkstein.

Testes agunt de fama sanctitatis, ideo hac in sede legitimi testes sunt ambo (*Cfr. Summ. p.* 150 *ad* 46 *et p.* 150-151, § 638).

Animadv. n. 20

12. — Neque cl. Censura instet dicens: « Nec alii multi, qui de visu testes dicuntur, in meliore, quoad rem de qua agitur, conditione inveniuntur. Hosce inter plures reperiuntur, qui ad nullam cum Servo Dei vel non satis intimam diuturnamque habuere consuetudinem, aut Famulum Dei postremo tantum eius vitae tempore, et quidem obiter tantum, cognoverunt » (*Animadv. pp.* 10-11, *n.* 20).

Non agimus nempe de virtute heroica probanda, ideo praedicti testes sua nescientia de virtutibus nobis non nocent, neque contradicunt. De fama sanctitatis apprime prosunt, quia deponunt de propria devotione vel de aliena erga S. D. in vita vel post obitum eiusdem, de qua propria scientia apprime sciunt (*Cfr. Summ. passim*).

13. — Victas non dat manus cl. Censura, quae pergit in medium afferendo testimonium II Testis. At, ni fallimur, inopportune. Nam praecitatus II Testis (*Summ. pp.* 40-50, §§ 156-194) nos amplissimis verbis certiores reddit, *sua quidem scientia*, de fama sanctitatis Servi Dei.

Re sane vera deponit plures libros conscriptos fuisse « in« torno a lui (S. D.) come ad esempio il libro dal titolo " L'Arci« vescovo Matulewicz Matelevicius " edito a Maripampolé nel 1933. « In questo libro vi è una raccolta di testimonianze sulla vita, sul« l'apostolato, e sulle virtù del Servo di Dio » (*Summ. p.* 41, *in fine*). « Ho letto ancora altri libri sull'attività *e sulle virtù* del S. di « D., così come l'occasione me li presentava » (*Summ. p.* 42, *init.*). Quod profecto famam apostolatus seu virtutum et sanctitatis S. D. redolet.

Igitur peritissimus Praedecessor noster merito uno verbo testimonia colligens asseveravit « Testes omnes (nullo contradicente) Servum Dei praedicare omnium virtutum exemplum et heroem praeclarum » (*cfr. Inform. p.* 10, *n.* 10). (*Cfr. Animadv. p.* 24, *n.* 40).

Animadv. n. 41.

219. — Valde miramur cur cl. Censura omnia perscrutans, obiciat deesse donorum supernaturalium vel miraculorum tum in vita, tum post obitum fulgorem (*Cfr. Animadv. p.* 24, *n.* 41).

Dona in vita necessario non exquiruntur. Nullum donum enarratur in evangelio de S. Joanne Baptista, tamen Dominus de eo dixit: « Quid existis in desertum videre?... Amen dico vobis, non surrexit inter natos mulierem major Joanne Baptista » (*Matth. XI*, 7-11).

220. — Neque dicas: « Tale nomen (donorum supernaturalium vel miraculorum) mereri unum vel alterum factum, quod aliqui testium ad coelestia charismata, vel ad portenta referre conantur » (*Animadv. p.* 24, *n.* 41).

De his disseruit predecessor noster cl. in Informatione, postremo capite (*pp.* 75 *sq.*, *n.* 90).

221. — Ceterum et de istis non requiritur fulgor probationis, sed fama et in genere quidem per testes « qui singulares esse possunt singularitate, ut aiunt, adminiculativa » « *can.* 2020, § 2; *cfr.* 2050, § 2).

Animadv. n. 42.

222. — Sui muneris religione venit cl. Censura demum ad dicta et facta quae famae sanctitatis adversentur.

Et primo obicit de S. D. adolescente in Academia theologica Petropolitana illud a Teste Luganensi relatum: « *Sapeva del suo* « *ingegno*, ma non ne faceva sfoggio » (*Summ. p.* 189, § 807). Nequaquam! Sed Deo tribuit quod Dei est; unde ait S. Thomas: « Humilitas... regulam habet in cognitione, ut scilicet aliquis non se existimet supra id esse quod est » (2, 2, *q.* 161, *a.* 6).

223. — Numquid humilitas denegat dona divinitus recepta? S. D. optime conscientiam habebat donorum a Deo receptorum, at nullimode illa iactabat.

Et ita se gerebat S. D.: « Ma non ne faceva sfoggio » (*l. c.*): quod profecto humilitatem profundiorem sapit quo maior erat conscientia donorum.

224. — Sed S. D. — ait cl. Censura — se iactabat in contentione cum quodam magistro linguae latinae (*Cfr. Summ. p. 20 init.*).

Vere Testis I, e cuius scripto obiectionem haurit cl. Censura, non affirmat hujusmodi iactantiam, sed dubitative de ea innuit.

a) « Fuitne causa istius dissensionis ambitio et amor proprius professionis, an iuvenilis iactantia Georgii, qui linguam latinam aliis melius callebat *hucusque ignoro et ignorabo* » (Summ. p. 19 in fine). Ergo obiectio falso supposito innititur.

b) Factum accidit (dato, non concesso), in iuvenili S. D. aetate; et S. D. longissima sua posteriori aetate illud correxit, humilitatem vere ad heroicum gradum vivens.

c) Ipse I Testis interrogatus expressis verbis hac de re, deposuit: « Sì, *grande fu la sua umiltà*, da tener lungi da sé sen« timenti di umana gloria, di ambizione, e da rimettersi completa« mente alla volontà dei superiori e dei consiglieri » (*Summ. p.* 11, § 49).

Atque in documento tribunali exhibito: «*Admirabilis* erat Servi Dei in recipiendis admonitionibus atque correctionibus humilitas» (*Summ. p.* 39, § 153).

d) Quod ceteri Testes repetunt ac confirmant: «Aveva uno «spirito di umiltà... non comune» (*Summ. p.* 105, § 426).

Et XV Testis addit: «Ricordo infine la di lui umiltà, virtù que«sta che spingeva il S. di D. a rifuggire da qualunque attenzione «ed a prendere l'ultimo posto» (*Summ. p.* 147, § 618).

Et I Testis Brueckliniensis: «Dimostrava sempre umiltà nei «suoi atti... Nei suoi rapporti generali con i membri delle case... li «trattava su basi di eguaglianza con se stesso... la sua umiltà era «così particolare che riusciva imbarazzante per i laici essere trattati «su termini di parità, cosa che era molto insolita a quei tempi» (*Summ. p.* 180, § 768).

e) Tandem non ad rem videtur argumentum allatum. Si attento animo legimus quod Testis citatus refert potius Servus Dei irrisus fuisse videtur a Professore ob defectum locutionis linguae latinae: «Malam erga se dispositionem cuiusdam professoris linguae latinae in seminario Kielcensi» (*Summ. p.* 19 *in fine*), non vero Servus Dei peritiam suam iactavit quasi calleret maiori peritia sermonem latinorum et professori illi aliquid reprobaret.

225. — Neque iactantiae et ostentationis indoli ob sui ingenii conscientiam, tribuenda sunt alia duo facta tempore studiorum in Petropolitana Academia, quae refert idem Testis, et tertium factum dum ibidem munere professori theologiae dogmaticae fungiebatur (*Cfr. Summ. p.* 20, § 99; *p.* 26, §§ 90-101), sed unice charitati in proximum.

b) Primum factum accidit cum «conquerebantur alumni de excessivis exigentiis professoris historicae ecclesiasticae volebantque mittere delegatum ad Rectorem Academiae, qui peteret aliquam remissionem rigoris minantes in casu contrario «cessationem ab opere» (*Summ. p.* 20, § 79).

Nemo tamen audebat hoc officio fungi, ob timorem expulsionis, tunc «obtulit se noster Georgius, qui propter eminentes notas morum ac studii, minus expositus fuisset periculo expulsionis ex Academia. Rem prudenter egit ac nemo quid passus est» (*Summ. p.* 20, *in fine*).

226. — Licet inferioribus difficultates exponere ut superiores provideant; ergo nullam iniuriam S. D. egit in casu, sed pro bono Academiae et pro bono condiscipulorum se obtulit. Et ita « rem prudenter egit, ut nemo quid passus sit » (*l. c.*).

At se obtulit, quia minus « expositus erat periculo expulsionis ex Academia " propter eminentes notas morum ac studii " » (*l. c.*). Optime quidem! Hoc non erat iactantia, sed rerum veritas, ac charitas in condiscipulos et in ipsam Academiam, ut fructus maiores in studiorum profectu exciperentur.

227. — Munere magistri Theologiae Dogmaticae fungens: « Theologiam dogmaticam exponebat secundum principia ac methodum S. Thomae Aquinatis, non gravando memoriam inutilibus minutiis ac subtilitatibus, sed indicando menti luminosam viam principiorum ». Ita scribit I Testis in exhibito documento (*Summ. p.* 25 *in fine*).

« Quadam tamen vice implicavit se — addit Testis — per unam vel duas praelectiones in subtilissimam quaestionem de aeternitate mundi » (*Summ. p.* 26 *init.*). Cur? Iactantia videt cl. Censura in hoc (*Animadv. p.* 24 *post med. ubi legendum est* § 99, *loco p.* 20, § 79). At nobis omnino contrarium videtur.

Professoris est textum explicare; ideo forte methodus S. Thomae hanc quaestionem exagitandam proponebat; et S. D. viam tyronibus sternebat principiorum.

Ipse testis rem solvere non audit, neque vult, etsi post praelectionem illud Servo Dei obiecerit « ad quid perditio haec? ». Si S. D. ob iactantiam egisset, tristitiam animi ostendisset, e contra tunc « subrisit amabiliter, quasi contentus mea insolentia, nihil respondit, et numquam in posterum ad tales subtilitates rediit » (*Summ. p.* 26 *ante med.*). Unde addit testis: « Haec nota eius characteristica: *fuit operarius practicus* ac Servus Dei et hominum humillimus » (*l. c. in med.*).

228. — Praecitatus Testis tertio enarrat se in examinis periculo verbis offendisse magistrum historiae ecclesiasticae adstantibus aliis docentibus et examinatoribus. « Meritus poenam severam — addit — expectabam expulsionem, attamen P. Matulewicz, qui meam intentionem bene noverat, indignationem professoris placavit, procellam ortam sedavit meque ab immersione salvavit » (*Summ. p.* 26, § 101).

Numquid adest iactantia ex parte S. D. in casu? Nulla iactantia adest!

Unice ex summa charitate in proximum egit ipse, ut salvaret imprudentem tyronem. Ergo bene egit S. D., si ostendit «quod neque conspiratio exstitit, neque ego delegatus conspirantium fui, sed proprio motu imprudenter egi» (*Summ. p.* 26, § 101).

229. — «Elogium quoque suae ipsius auctoritatis et laboris Petropoli exantlati, non dixerim humilitatem commendare (*Cfr. Summ. ex off., pp.* 67 *s.*), addit cl. Censura (*Animadv. p.* 24 *post med.*).

230. — Sed ad alia divertit cl. Censura ut prudentiam miram Servi Dei extenuet, et excessisse illum dicit, cum «all'età di circa «32 anni, nell'ingresso del Seminario, si imbatté in una donna che «dovette fargli proposte poco serie, poiché reagì in *modo violento,* «prendendola a calci» (*Summ. p.* 11, § 48 (*Cfr. Animadv. p.* 24 *in fine*).

231. — Tentatio ab impudica muliere *illata summa* vi repellenda est. Recole Sanctorum exempla.

S. Thomas Aquinatis iuvenis mulierem, quae ad labefactandam eius constantiam introducta fuerat, titione fugavit (*Cfr. Officium, lect. IV,* 7 *mart.*).

«Propter speciem mulieris alienae multi perierunt; et ex hoc concupiscentia quasi ignis ardescit... cum muliere aliena, ne sedeas omnino» (*Eccles. IX,* 11).

Unde S. Bernardus: «Cum foemina semper esse, et non cognoscere foeminam, nonne plus est, quam mortuum suscitare? Quod minus est non potes; et quod maius est, vis credam tibi? (*S. Bernard. Sermo* 56 *in Cantic.*).

«Sampson leone fortior, et saxo durior — docet S. Hieronymus — qui et unus mille persecutus est armatos, in Dalilae mollexit amplexibus. David secundum cor Dei electus, et qui venturum Christum sancto saepe ore cantaverat, postquam deambulans super tectum domus suae Bersabeae captus est nuditate, adulterio iunxit homicidium...» (*ad Eustoch. de custod. virgin.*).

Ideo «nolo spe pugnare victoriae, ne perdam aliquando victoriam. Si fugero, gladium declinavi: si stetero, aut vincendum mihi est, aut cadendum. Quid enim necesse est certa dimittere et incer-

ta sectari? Aut scuto, aut pedibus mors vitanda est. Tu qui pugnas, et superari potes, et vincere. Ergo cum fugero, non vinco in eo quod fugio; sed ideo fugio, ne vincar» (*S. Hieronymus advers Vigilantium epist.* 2).

Et S. Basilius addit: «Malum omne facilius vincitur, quam voluptas: quia illud quidquid est, horrendum est; hoc blandum est» (*de bono judicitiae*).

Animadv. n. 43.

232. — Verumne est Servum Dei charitatis in proximum officia laesisse? Cl. Censura obiicit hoc, nos vero absoluto verbo denegamus (*Cfr. Animadv. p.* 25, *n.* 43).

Sed, instat cl. Censura, et hoc probat:

a) ex omissa diligentia, nepotem ad bonam frugem reducendi, Petropoli, studiorum causa degentem;

b) ex omissa apud civiles potestates deprecatione ne sontes, qui dicerentur, sacerdotes;

c) in corrigendis subditis vix fortis ostenditur;

d) in administrando Confirmationis sacramento vix sedulus fuit adeo ut quodam die sacramentum dederit plus quam sex millium puerorum et alio die triginta quinque millium fidelium.

De singulis dicamus currenti sermone.

233. — *De cura nepotis ad bonam frugem reducendi.*

Nepos S. D. non erat ad bonam frugem reducendum, quasi pravis moribus perditus, ipse bonus vir erat et ad studia attendebat in urbe Petropoli pro munere fungendo sociali futuro. Adeo bonus ut apud patruelem viveret etsi vocatione religiosa non adlectus (*Summ. p.* 169, § 719) et ipse S. D. bonitatem eiusdem interrogatus recognovit. «Gli domandai perché e il S. di D. mi disse che tutte «le persone sono buone» (*l. c.*), at periculum in eo erat quod testis ad sacerdotium illo tempore, dum nepos S. D. ad alia mentem habebat sua vocatione, testis insuper volebat «coltivare l'amicizia «del nipote» (*l. c.*), sed peculiaris amicitia, docente ipso Cicerone, aut pares invenit aut pares facit, hinc periculum magnum testis invenisset amittendi vocationem suam seu sacerdotalem, ut ipso inscio, facile declinasset ad bonum temporale, quin nepos S. D. illud damnum agnosceret et voluisset. Quapropter Servus Dei, qui de utriusque bono persollicitus erat testem ad se vocavit et admonuit

ut sibi consuleret ne in periculum incideret. « Dobbiamo guardarci « da certe cattive influenze » (*l. c.*). Quot decidunt, dum initio amicitia videbatur honesta. S. D. apertiori verbo loqui non potuit, neque nepoti quia nondum periculum aderat, sed timebat tantum; attamen testem monuit, quia ipse testis a periculo praeservandus erat.

Neque illud addas: « Egli disse che suo nipote era una cattiva « influenza » (*l. c.*), vel « dobbiamo guardarci da certe cattive in- « fluenze » (*l. c.*). Agitur de *naturali* efficacia in alios, attenta naturali vi animi qua, ad se alios allicere potest, et a qua alius se defendere *neque cogitat*. Inde nepos S. D. pravus vir non erat, ideo neque corrigendus, sed testis debilis fuisset in defensione vocationis suae ac monendus ut a periculo se averteret.

234. — Sacerdotes morte damnaturos cur liberare noluit, opera exantlata apud civiles potestates, imo cur respondit: « Siano pure giudicati, e, se colpevoli, è giusto che siano puniti » (*Summ. p.* 60, § 242; *cfr. p.* 105, § 424)?

Servus Dei fideles ad Christum allicere quotidie studuit pro suo munere pastorali, quolibet partium discrimine neglecto vel spreto « il Servo di Dio soleva dire che egli non faceva politica e « che per lui la somma politica era quella di non fare politica. Egli « si sforzava di rimanere al di sopra di ogni contesa e con grande prudenza riuscì in varie occasioni a rimanere neutrale » (*Summ. p.* 60, § 240).

Hinc magno animi dolore sacerdotes partium fautores audiebat: « Non c'è di peggio che i sacerdoti si immischino nella politi- « ca, specialmente in Vilna, dove sono popoli di varie nazioni e mol- « ti partiti. Il sacerdote deve essere un padre uguale per tutti ed un « pastore. Egli non può essere l'uomo del partito, non può occupar- « si di cospirazioni politiche. Voglia Iddio che sparisca dalla nostra « Chiesa questa razza di sacerdoti che fa solo politica! » (*Summ. p.* 80, § 335).

Hinc « quando il Governo Polacco arrestò vari esponenti anche « del clero, gli fu detto che solo il suo intervento avrebbe potuto ri- « sparmiare ad essi la morte » at S. D. respondit: « Sieno pure giu- « dicati, e, se sono colpevoli, è giusto che sieno puniti » (*Summ. p.* 60, § 242). Nonne recta fuit responsio S. D.? Recta.

235. — Sacerdotes ne se immisceant partibus populi, vel firmius operam ne navent in legitimam auctoritatem. Non est bonum ingredi in partem et, dein si res male cedit, abutere auctoritate ecclesiastica, quam antea spreveras, pro privilegio obtinendo. Parem te fecisti in politica cum laico?, sequere consectaria. Non est dignitas sacerdotalis quae te derelinquit, tu es qui eam iam dereliquisti, imo sprevisti, ut laicum viveres. Sequere poenam tuae insipientiae. Participem esse voluisti partis, partis fortunam subeas necesse est; si abusus es iure tuo, poena tibi accipienda est; honorem Ecclesiae antea sprevisti, errasti, nunc Ecclesia te eripere debet a legitima poena, praesertim cum alii socii utpote non sacerdotes puniuntur? absit! Ideo recte se gessit Servus Dei in casu.

Demum, in obiectione agitur de *possibili* efficacia operae S. D. « avrebbe potuto » (*l. c.*) non de vera efficacia; ideo in derisum proiecisset dignitatem episcopalem ut vitam servare conaretur sacerdotis imprudentia et forte iniustitia noxie. E contra « se « qualche sacerdote mancava ai suoi doveri, egli lo chiamava a se... « Talvolta il colpevole si scioglieva in lacrime, dinanzi al gran « cuore del santo Vescovo. Uno di essi, lasciando lo studio del Ser- « vo di Dio, ebbe a confessare: " Credevo di presentarmi ad un « giudice, ed invece ho trovato un padre " » (*Summ. p.* 65, § 266). Quia « verso i sacerdoti poi era paterno e comprensivo, nonché « molto prudente, specialmente quando si trattava di richiamarli « all'osservanza dei doveri » (*Summ. p.* 44, § 170).

Haec jam scripseramus cum Rev.mus Postulator notulam remisit quam heic ostendimus: « Sacerdotes de quibus agitur, erant nationis Lituanae et Alboruthenae. Potestates Occupationis civitatis Vilnius Poloni intendebant insidias Episcopo, nempe, ut se pronuntiasset in favorem accusatorum. Ut inde potuissent accusare Episcopum de favoritismo erga lituanos. Id bene intellexit Episcopus. Et ideo declaravit: " Si sunt nocentes, iudicio subiiciantur et puniantur ", sciens eos esse innocentes et non fore condemnatos.

Et revera post declarationem Episcopi, Potestates Occupationis perplexi nesciendo quid faciendum est, vi expulerunt accusatos extra demarcationis lineam in territorium a Lituanis rectum.

Notabene: inter sacerdotes expulsos erant saltem duo, qui postea episcopi a Sancta Sede creati sunt ».

236. — *In corrigendis subditis defecitne? Non defecit.*

Haec adnotatio scatet ex eo quod Servus Dei admonitioni particulari praeferebat admonitionem generalem, seu « neminem voluit gravare et contristare » (*Summ. p.* 38 *ante med.*), sed verbis generalibus alliciebat: Quod deficientem ad rem intimius perpendendam et ad errorem corrigendum profecto charitatem miram in proximum ostendit et probat. Ideo non parcebat peccato, sed parcebat peccatori.

Merito igitur I Testis, a quo haurit difficultatem cl. Censura, nos monet: « Credo, causam hujus defectus non fuisse eius amorem proprium, sed subtilissimam eius sensibilitatem et caritatem, quae neminem voluit gravare et contristare » (*Summ. p* .38, § 148).

237. — *In administratione sacramenti Confirmationis studiosissimus fuit.* Attende tempora et rerum adiuncta politica. Ne impingas culpae Servo Dei quod accidit ante quam ipse Pastor esset Vilnensis, quodque praedecessores sui agere non valuere obstante re politica et populorum commotione. Admiremur verius charitatem et studium S. D. qui omnibus providere studuit summo labori se submittens pro Ecclesia Christi et animarum salute.

238. — Merito Testes nos docent: « La sua carità verso il pros-« simo, rifulse, specialmente allorché, Vescovo di Vilna, ogni anno, « per due volte, fece la visita della Diocesi, arrivando in territori « che non avevano visto più il Vescovo dal 1864 » (S. D. vero electus fuit episcopus anno 1918 - *cfr. Summ. p.* 58 *in fine*).

239. — Unde summae laudi ei est si aliquando Confirmationem administravit ingenti fidelium multitudini: « Era indefesso nel-« l'esercizio del ministero e in una volta sola amministrò la Cresi-« ma a più di 6000 persone... In un'altra località... amministrò la « Cresima a 35.000 persone adulte » (*Summ. p.* 44. § 170).

Animadv. n. 44.

240. — De iustitia S. D. vix locus superesse videretur? cur?

Cl. Censura nil addit iis quae adnotaverat sub n. 29 suarum Animadversionum. Et nobis igitur nil addendum manet, ac plene remittimus cl. Contradictorem nostrum ad ea quae contra n. 29 Animadversionum iam scripsimus hac in Responsione (*pp.* 39 *sq.*).

Animadv. n. 45.

241. — Quod S. D. multa adversa passus sit in regimine episcopali Vilnensi jam innuimus, attenta politica conditione rerum politicarum et attento diverso exitu belli europaei.

Testes fere omnes, et eorum quidam crebris sermonibus, mentionem faciunt difficultatum ordinis politici, quas Episcopus Vilnensis superare debuisset. Audiatur testis XIII: « Gli anni del suo « governo furono molto difficili, poiché Vilna passò dai tedeschi ai « Lituani e ai polacchi. Sebbene il Vescovo riuscisse a rimanere « fuori delle lotte politiche, pur tuttavia non mancarono calunnie « e persecuzioni, che egli poté sopportare con la sua forza d'animo, « sorretto da una profonda fede » (*Summ. p.* 133, §§ 550, 551).

Incusationes contra Servum Dei habentur ex parte cum Lituanorum tum Polonorum: « Auctores Lithuani, scribendo de Servo « Dei, non possunt continere quandam acerbitatem. Non est mira « haec exacerbatio. Episcopus Matulevicius fuit Lithuanus, ardens « amator patriae; passus est persecutionem a nationalistis polo- « nis; Vilno, olim urbs capitalis Lithuaniae, capta est a Polonis. Hoc « problema spinosum in vita Servi Dei occurret iterum iterumque « in suo processu informativo » (*Summ. p.* 16, § 64). Et in *Proc. fol.* 304 r. legimus: « Il governo polacco del tempo non era soddisfat- « to di lui ». Imo, vel quidam sacerdotes et religiosi Servo Dei adversati sunt: « Etiam aliqui sacerdotes et religiosi lapides in me mittunt: « gravis crux » (*Summ. p.* 29, § 114).

Revisores quoque scriptorum Servi Dei non praetereunt calumnias in Servum Dei factas: « Continuo loquitur (in eius epistolis) « de crescentibus *calumniis* in ephemeridibus » (*Summ. ex off. p.* 24 *in medio*): « ... sacerdotes *calumniabant* episcopum » (*Ibid. p.* 23 *in medio*); « *Calumniantur* et eius opera in suspicionem ponitur » (*ibid. p.* 68); « Ut ex epistulis Servi Dei patet... tum in ipsis initiis « eius episcopatus, tum eo durante, tum etiam in ipsa a munere hoc « cessatione permulta pati debuit, *calumniis et iniuriis divexatus* » (Ibid. p. 70; Animadv. pp. 25-26, n. 45).

242. — Cl. Censura instat querens:

At cuiusmodi fuerint calumniae, criminationes et insectationes, quibus Famulus Dei obnoxius perpetuo fuit, nos omnino latent. Res igitur definite, quaeso, a Patrono explanentur.

Asserit testis I, fautores nationis suae amplificandae, seu «nazionalistae» qui dicuntur, non fuisse Servo Dei faventes «*perché* «*avrebbero voluto che egli assumesse posizioni che non si addicono* «*ad un Vescovo*» (Summ. p. 7, § 28). Iamvero, insto et exposco ab Actoribus quid adversi isti viri a Servo Dei postulassent, quod episcopum dedeceret. Idque eo vel magis, quia, iuxta dictum testem, «non sunt tamen absolute condemnandi nationalistae poloni, *neque* «*absolute excusandus ab omni errore episcopus Matulevicius*» (Summ. p. 30, § 115; cfr. et §§ 116-118).

Apte quoque definiantur «acres incriminationes» socialistarum in Servum Dei (*cf. Summ. p.* 145, § 610).

243. — Haec quaestio suo tempore solvetur omni sua luce splendidius, nobis interim non licet ex qualibet parte, cum adhuc animorum contentio acrior exstet.

Attamen ex iis, quae superius declata sunt, patet quanta passus sit S. D. qui omni veritate in episcopatu Vilnensi invenit suam Crucem.

Scribit historicus Cusumano: «Guardando da un punto di vi- «sta puramente umano, non gli si sarebbe potuto affidare un inca- «rico più arduo e più ingrato di quello; guardando con occhio «soprannaturale, non sarà difficile convenire che quello era un ca- «lice così amaro da richiamare l'agonia del Gtesemani.

«Per convincersene, basterà dare uno sguardo, sia pure fugace, «a quel che era Vilna in quel momento: una diocesi di 90.628 Kmq., «rimasta senza pastore per oltre dieci anni; con una popolazione «di più che tre milioni, frantumata in un autentico crogiolo di «religioni, di riti e di nazionalità, situata proprio ai confini con la «Russia, e quindi esposta in particolar modo al processo di russi- «ficazione. Inoltre, all'interno il territorio era diviso e conteso da «avverse passioni politiche.

«Cercò il Matulaitis di far valere a Roma le sue ragioni since- «ramente buone. Fece comprendere le sue riluttanze, accennò alle «difficoltà che avrebbero potuto sollevarsi per la sua nomina, «specialmente nell'urto degli opposti nazionalismi. Accennò som- «messamente alla sua tenera sollecitudine per la Congregazione «Mariana, creatura del suo cuore, che aveva ancora bisogno di lui. «Tutto fu invano.

«Roma locuta... e gli interessi della Chiesa furono senz'altro «preposti ad ogni altra considerazione.

« Egli venne consacrato vescovo il 1° dicembre 1918, e nella « festa dell'Immacolata prese possesso della diocesi. Il suo discorso « programmatico risuonò quel giorno sotto le volte della Cattedrale « di Vilna, pieno di carità e di fortezza. Sembrò che ognuna delle « sue parole, gravi e solenni, andasse a posarsi sul fondale tempe- « stoso di quel momento storico, quasi pietra su pietra, a cementare « un grande porto, entro le cui braccia il Presule voleva mettere « al riparo tutti i suoi figli, senza distinzione.

« " Ad esempio di Cristo — sono le sue parole — cercherò di « abbracciare tutti, di essere tutto a tutti. Sono pronto a sopportare « la morte per la verità. Desidero di essere per voi solo il padre e « pastore, imitatore di Cristo. Il campo del mio lavoro è il regno di « Cristo, la Chiesa Militante; il mio partito è Cristo ".

« Fu questo il suo programma, al quale il Pastore di Dio aderì « con fedeltà eroica per sette anni, in mezzo a contrasti di ogni « genere, quali, persecuzioni, minacce di arresto e di morte, attac- « chi della stampa, provocazioni, ingerenze indebite, tentativi di « disfarsi del Vescovo, anche per via diplomatica. Ma il suo motto « araldico, che fu anche la sua divisa, restò sempre quello: " Vince « malum in bono ".

« Per farsene un'idea, basta rileggere la lettera che il Servo « di Dio in data 1° novembre 1921 indirizzava al Nunzio Apostoli- « co in Polonia. In essa, dopo aver accennato a difficoltà ed angu- « stie indicibili, aggiungeva: " Qui, in Vilna, sembra di essere in « una specie di inferno, dove le passioni nazionali e politiche hanno « condotto taluni non solo all'accecamento ed all'odio, ma li hanno « fatti degenerare in una specie d'isterismo e di pazzia naziona- « listica " » (*Cusumano - « Innamorato della Chiesa »*, *pp.* 33-35). Et in « profilo Biografico » (pp. 30-31) legimus quoque:

Ceterum iam in possessione capienda suae Dioeceseos S. D. persensit gravitatem rerum, ac inde a sua prima allocutione ad populum dixit: *« Exemplum Christi secutus studebo omnes amplecti... pro tuenda veritate paratus sum mori... campus laboris mei est Regnum Christi-Ecclesia militans... Non habeo factionem cui adhaeream, nisi Christum »*.

« Questo fu il suo programma praticato e intensamente vis- « suto durante i sette anni del suo Episcopato di Vilna. Si fece « tutto a tutti senza risparmiarsi un momento. Fu vero padre e « pastore buono, disposto a dare la propria vita per le pecorelle. « Tutte le sue virtù subirono la prova del fuoco e mandarono « sempre fulgori di eroismo impareggiabile.

« Tuttavia quello che aveva presentito non tardò a verificarsi.
« I partiti politici crearono difficoltà gravissime al suo governo « della diocesi. La stessa città di Vilna, in sette anni, andò soggetta « a cambiare otto volte il governo civile, avvicendandosi autorità « e truppe or tedesche, or russo-bolsceviche, or polacche e persino « lituane. Si fomentò ostilità contro il Vescovo, spargendo calunnie, « ingiurie ed odio contro di lui, sol perchè non di nazionalità po- « lacca. Futile pretesto per muovergli contro anche i fedeli in « buona fede!

« Il santo Vescovo, con fortezza, pazienza, carità e magnani- « mità eroiche, cosciente dell'altissima responsabilità, fermo e im- « perturbabile, compì i suoi doveri pastorali a difesa delle verità « cristiane e dei diritti della religione cattolica e della Chiesa ».

CONCLUSIO

244. — Longior est nostra responsio, agnoscimus et veniam petimus ab AA. PP., at nos ne increpent AA. PP. necessitas rerum nos coëgit.

Confidimus tamen vel nubeculas nos profligasse, quae obstent splendori tantae famae sanctitatis et miraculorum S. D. Georgii Matulevicii, qui Pastor exstitit amantissimus, defensor Ecclesiae eximius, tutor libertatis et sanctitatis indefessus.

Firmiter tenemus igitur proposito Dubio, sapientissimum coetum S. H. C. affirmative responsurum.

Quod instanter ac instantius adprecantur Sodales CC. RR. Mariani ac Sorores Congregationis ab Immaculata Conceptione B.V.M. una cum advigilantissimo Postulatore, Rev.mo P. Casimiro Reklaitis, Congregationis Clericorum Regularium Marianorum.

Quare, etc.

Die festo Conceptionis Immaculatae B. Mariae Virginis, 1964.

JOSEPH STELLA, *Adv.*
ALFONSUS STERBINI, *Proc.*

(Tab. nn. 415 - 436)
Romae, die 12 decembris a. 1964.

REVISA
NICOLAUS FERRARO, S. R. C. Adsessor
Fidei Sub-Promotor Generalis

SUMMARIUM RESPONSIONI ADDITUM

I

DECLARATIO REV.MI POSTULATORIS

Die 16 *Novembris* 1964 *anni.*

Reverendissime Domine,

Hisce transmitto Tibi documenta respicientia personam Servi Dei Georgii Matulatis-Matulewicz, scilicet:

1) Petitio exonerandi a munere Ordinarii Vilnensis,

2) Responsio Sanctae Sedis,

3) Facultas instruendi Processum Ordinarium beatificationis Romae.

In luce dictorum documentorum non erit difficile clarificare obiectiones factas a Promotore Generali, scilicet:

1) ad n. 48 «Animadversionum»: Assertio testis prof. Ivinskis «evocatus» intelligi debet «ad petitionem ipsius Episcopi Vilnensis et non motu proprio Sanctae Sedis.

2) ad n. 49 «Animadversionum»: expressiones Servi Dei, ut «in anticamera inferni», «dementia» etc. pariter non significat Eius repugnantiam manendi Vilnae, si ita Beatissimo Patri videbitur, sed solum vix supportabilem et periculosam situationem, quae creabitur in casu hoc.

3) ad n. 50 «Animadversionum»: scilicet: circa circumspectam receptionem ex parte Lituanorum Famuli Dei qua Visitatorem Apostolicum Lituaniae necnon circa difficultates cum Repraesentante Pontificio: — respondetur aliquatenus profusius: Opinio publica a politicis in Lituania formata tunc temporis fuit, quod Episcopus Vilnensis Matulaitis-Matulewicz non debuisset resignare Sedi Vilnensi, sed quod expectasset dum Gubernium Polonum ipum vi eiiceret. Tunc esset scandalum publicum, quo, ut putabatur, iuvaret pro causa Lituanorum in lite cum Polonis de territorio Vilnensi. Episcopi Matulaitis voluntaria resignatio non coincidebat

cum scopis politicis Gubernii Lithuaniae, et ideo illa frigida receptio Visitatoris Apostolici. — Delegatus Apostolicus pro Lituania tunc fuit Ex.mus Zecchini, qui ob difficultates cum Gubernio Lituano obortas (ipse enim sustinebat partem polonam in causa inter Lituaniam et Poloniam) factus est « persona non grata », et residebat in Lettonia sine possibilitate veniendi in Lituaniam. — Visitator Apostolicus Matulaitis, ne suspicionem suscitaret esse sub influxu Ex.mi Zecchini, expediebat litteras et documenta Romam tramite « incaricato di affari » Faiduti residentis Kaunae.

Ex materiali supra praesentato censeo Te, Reverendissime ac Illustrissime in conditione fore expedite redigere « Responsiones » requisitas.

Obsequentissimus et Addictissimus in Domino

P. Casimirus Reklaitis, *MSC*

II

Decretum S. Congregationis Rituum pro inchoando Romae Processu Ordinario

Prot. Num. C. 82/953

Kaunae in Lituania, die 27 Januarii 1927, supremum diem obiit Dei Famulus Georgius Matulewicz, Archiepiscopus tit. Adulitan., Restaurator et Superior Generalis Congregationis Clericorum Regularium Marianorum sub titulo Immaculatae Conceptionis, Visitatoris Apostolici munus tunc temporis fungens in Lituania, qui bonam sanctitatis famam post se reliquit, de qua nunc eiusdem Congregationis Moderatores juridice inquirere cupiunt.

Quum vero Lituania a Russis occupata sit cum consequenti immani persecutione in Catholicam Ecclesiam, ita ut de processu informativo ibi instruendo nec cogitari quidem possit, — Rev. P. Casimirus Reklaitis, ipsius Congregationis Postulator Generalis, Sanctissimum Dominum nostrum Pium Papam XII enixe est adprecatus, ut facultatem indulgere benigne dignaretur qua Processus Ordinarius Informativus super fama sanctitatis memorati Servi Dei

in Urbis Vicariatu instrui valeat, quum Romae non pauci testes ex Lituania profugi commorentur aliaque documenta facile colligi queant.

Sacra porro Rituum Congregatio, vigore facultatum sibi ab Ipso Ss.mo Domino nostro specialiter tributarum, attentis expositis peculiaribus adiunctis, benigne annuit pro gratia juxta preces; servatis de cetero omnibus de jure servandis. Contrariis non obstantibus quibuscumque.

Die 21 *Aprilis* 1953.

L. ✠ S. † Card. MICARA, *pro Praefectus*

L. ✠ S. † A. CARINCI, *Arch. Seleucian. S. R. C.*
a secretis

Concordat cum originali, quod in Archivo Generali Congregationis CC. RR. Marianorum asservatur.

In quorum fidem etc.

Romae, die 12 *Novembris* 1964.

L. ✠ S. P. ALEXANDER PERZ, *MSC*
Secretarius Generalis

III

DECLARATIO
SUPERIORIS GENERALIS CONGREGATIONIS CC. RR. MARIANORUM
SUB TITULO IMMACULATAE CONCEPTIONIS B. M. V.

265/64

Omnibus, quorum interest vel interesse potest, declaramus ac testificamur, Servum Dei Georgium Matulaitis-Matulewicz, Sodalem ac Reformatorem Congregationis Clericorum Regularium Marianorum sub titulo Immaculatae Conceptionis Beatissimae Virginis Mariae:

1) Natum fuisse ex legitimis parentibus anno 1871 in pago vulgo Lugine, paroeciae Mariampolensis in Lituania;

2) baptisatum fuisse in ecclesia parochiali Mariampolensi;

3) suscepisse sacramentum Confirmationis;

4) frequentasse ab iuventute ad sacramenta Confessionis et Eucaristiae;

5) Anno 1891 intrasse in Seminarium Dioecesanum Kielcense in Polonia et, post eiusdem suppressionem a civili potestate anno 1893, continuasse studia ecclesiastica in Seminario Varsaviensi usque ad annum 1895, quo missus est ad studia superiora peragenda in Academia Ecclesiastica Petropolitana in Russia, quibus finitis, promossum esse ad gradum Magistri Sacrae Theologiae anno 1899;

6) Sacrum Presbyteratus Ordinem suscepisse anno 1898, die 8/20 m. Novembris, de manibus Episcopi Niedzialkowski, Rectoris dictae Academiae;

7) Studia Theologica specialia peregisse Friburgi in Helvetia annis 1899-1902 ibique promotum esse ad gradum Doctoris in Sacra Theologia;

8) Friburgi, ad habendum gratuitum habitaculum penes parochiam, adiutorium praestitisse pastorale in ecclesia parochiali inter annos 1899-1902.

Datum Romae, die 25 *Septembris* 1964 *anni.*

L. ✠ S.

† Ceslaus Sipouic,
Ep. tit. Mariammitanus
Superior Generalis

P. Alexander Perz,
Secretarius Gen.

IV

Instantia S. D. ad S. Pontificem pro dimittendo regimine Vilnensis dioecesis

Beatissime Pater,

Ad Tuae Sanctitatis pedes provolutus suppliciter et humillime precor, ut a munere Ordinarii Vilnensis benigne dimittere velis. Quod ut obsecrem, hae rationes me moveant:

Cum inter Poloniam et Lituaniam et fuerit recens bellum et adhuc perduret quasi belli status cumque lituani iura sibi non cessent vindicare in Vilnam regionemque circumiacentem, poloni coram universo mundo monstrare conentur hanc urbem regionemque esse polonam iureque ac merito pertinere debere ad Poloniam et omnes non polonos quantocius polonisare omni ratione ac via contendant, idipsum iam perquam difficilem facit meam, utpote lituani, conditionem Vilnae, quae eo difficilior est, quod poloni nunc in regione classem constituunt dominantem atque fere totam vitam publicam et in suis manibus retinent, et moderantur diriguntque.

Idipsum quod lituanus sum, in oculis polonorum me reddit ingratum et quasi quodam vitio originali inquinatum, ob quod illi me meosque actus cum diffidentia prosequuntur, facile suspicantur ac in partem interpretantur. Et quidem vel maxime polonorum interest hic Vilnae episcopum habere, ut aiunt, hominem suum; me, cum sim lituanus, considerant veluti continuum suorum finium ac tendentiarum, quae prosequuntur, impedimentum et obstaculum.

Inventum me Vilnae iam perquam aegre tolerant tamquam episcopum, et iam nullo modo ne supponere quidem volunt fieri posse ut, elevata hac sede ad dignitatem archiepiscopalem, etiam tunc tempora tamquam archiepiscopus relinquar Vilnae.

Hisce in conditionibus quae sunt, polonae nationis episcopus ne centesimam quidem partem habiturus esse videtur earum difficultatum quae mihi occurrunt hic et struuntur.

Quando germani hasce terras occupabant, fere omnium loci nationum par conditio erat; tunc poloni ex me non exigebant nisi ut aequabiliter omnes tractarem, atque fatebantur me, quamquam lituanum, erga omnes esse iustum. Sed postquam ipsi dominatum in regione obtinuerunt, eorum factiones politicae nationales, praesertim vero quae dicitur Democratia Nationalis, quaeque in Republica plurium valet, omni ratione ac via, systematice et cum quadam praeconcepta methodo me vehementissime impugnare coeperunt: et viva voce privatim, et in ephemeridibus, et in publicis congressibus populique concionibus.

Ex una parte student me reddere personam odiosam continuo et indefesse variis falsis obiectionibus et criminationibus calumniis-

que me obruendo et diffamando. Atque iam id assecuti sunt, ut plurium opinione quasi quoddam monstrum sim, qui non spirem nisi odium et perniciem polonorum utque a pluribus incipiar non modo torvis oculis conspici sed etiam loco inimici et gentis et Reipublicae Polonae haberi.

Ex altera vero parte nihil intentatum relinquunt, ut vitam mihi vel maxime amaram intolerabilemque et mei ministerii exercitium perquam difficile vel etiam impossibile efficiant; et varias molestias mihi continuo creando, et variis modis, ne necis quidem minis exclusis, me terrefaciendo, et populum variis artibus contra me excitando ac commovendo.

Atque revera in mea actione pastorali semper magis veluti compeditum me sentio et video; iterum ac saepius fit, ut tantis undique constringar difficultatibus, ut plane deficerem, nisi fulcimento mihi esset Christus Eiusque Crux atque erga Sanctam Sedem obedientia.

Quidquid id est, fieri nequit quin, quo diutius duret, eo funestiores ferat fructus istiusmodi contra Ordinarium loci luctamen: et Deus offenditur, et haud paucorum animi exacerbantur corrumpunturque, et episcopalis dignitas imminuitur auctoritasque subruitur, et etiam ipsa Sancta Sedes interdum carpitur; quod non potest nisi in detrimentum Ecclesiae cedere atque etiam in detrimentum Reipublicae.

Cum res adhuc incertae essent, prout sentiebam, sincere Sedi Apostolicae referebam fortassis nondum opportunum fore ut Vilna revocarer. Nunc vero, cum post initum Concordatum res ecclesiasticae ordinantur stabiliunturque, omnibus coram Deo mature perpensis ac ponderatis, sentio ac video instare, imo et urgere tempus, ut Vilna quantocius dimittar.

Haec est sat communis et certa polonorum expectatio, etiam catholicae ephemerides asseruerunt me Vilnae certo certius non esse mansurum. Quod ad lituanos et alborussos attinet, et ipsi mirantur, quod in tantis angustiis positus tam diu in meo munere exercendo perseverare potui atque probe intelligere videntur vix an ne vix quidem, ut opporteat, me illud diutius exercere valiturum esse.

Profecto ipsi etiam lituani istam mei dimissionem, quam obtinere spero, non poterunt considerare, nisi tamquam novum in me ex parte Sanctae Sedis bonitatis et commiserationis actum.

Prudentes viri autumant, et quidem non sine reali fundamento, si post initum quoque Concordatum ulterius, etiam qua archiepiscopus, Vilnae relinquar, facile futurum esse, ut machinatores politici, mei amotionis spe quam conceperunt frustrati, etiam violentas manus in me inicere attentaturi essent. Dei gratia confisus ad omnia paratus sum, sed mihi videtur, vix ne vix quidem Ecclesiae profuturum esse, si res eousque adducerentur protraherenturque.

Amantissime Pater, optime cognitum expertumque habeo, quanta benevolentia me prosequaris et quam paterne quamque potenter semper me tuitus sis. Perenne documentum Tuae in me benignitatis habeo illas benevolentissimas Tuas litteras quas statim, inito Summo Pontificatu, ad me tantillum famulum Tuum dare benignus voluisti. Ita quoque hic locorum omnes censent itaque passim disserunt me a Tua Augustissima Persona non solum magna fiducia, sed, quod vix proferre audeo, etiam peculiari quadam donari amicitia. Atque post Deum illi Tuae in me bonitati ac benignitati vel maxime adscribo, quod in tantis positus angustiis munus meum aliqualiter obire potui et quod adversarii mei ea, quae totius minitati erant, adhuc non sunt ausi perficere.

Nuntiatura Apostolica Poloniae item semper me et omni bonitate ac favore prosecuta est et pro posse valide adiuvit ac defendit.

Sed mirum quantum valet et potest malitia. Quid plus dicam? Tunc Ipse, Beatissime Pater, sat superque id expertus es, qui, cum Nuntius in Polonia esses, etsi nihil nisi bonum facere curabas, etsi omnes maxima caritate benevolentiaque prosequebaris, etsi ipsam gentem polonam tantopere amabas et tot tantisque beneficiis cumulabas, tamen tanta cum malignitate et vehementia tamque perperam ac perverse impugnari incipiebaris, innocens et inermis.

Confisus tanta in me Tua, Beatissime Pater, benignitate hanc alteram quoque magnam pro me gratiam humillime imploro, ut nempe mihi, Vilnae dimisso, saltem per aliquod tempus, liceat Romae commorari atque ordinandis rebus Congregationis CC. RR. Marianorum, cuius praepositus generalis sum, incumbere atque hoc opus Divina Providentia et Sedis Apostolicae voluntate mihi concreditum ad finem pro viribus perducere.

Ad Tuum Solium Pontificium procumbens Tuosque pedes piissime deosculans Tuae Augustissimae voluntati me totum plane subdo et subiicio Tuamque Apostolicam benedictionem humillime imploro

Sanctitati Tuae obedientissimus et addictissimus filius
GEORGIUS MATULEWICZ
Ep.pus Vilnensis

Vilnae, die 27 *iunii* 1925 *an.*

Concordat cum originali quod in Archivo Generali Congregationis CC. RR. Marianorum asservatur.

In quorum fidem etc.

Romae, die 12 *Novembris* 1964 *anni.*

L. ✠ S. P. ALEXANDER PERZ, *MSC*
Secretarius Generalis

V

S. PONTIFEX INSTANTIAE S. D. ADNUIT

Dal Vaticano, 14 *julii* 1925.

Ill.me ac Rev.me Domine,

Humanissimas litteras Amplitudinis Tuae, die 27 mensis Junii nuper elapsi missas, summus Pontifex benignissime excepit.

Profecto iniucundum Sanctitati Suae accidit iisdem litteris comperisse Te denuo instare ut a munere regendae dioecesis Vilnensis tandem eximereris; verum, causas rationesque plurimas easque tam graves affers, quae te ad id impulerunt, ut Summus Pontifex muneris sui esse putaverit desiderio tuo acquiescere et consentire.

Quapropter certiorem Te facere satago Sanctitatem Suam Amplitudinis Tuae renuntiationem a munere episcopi Vilnensis ratam habuisse, ac Tibi facultatem fecisse, iuxta tuam petitionem, Romam quam primum petendi et ibidem commorandi, ut negotiis rite va-

care possis Congregationis CC. RR. Marianorum, cui laudabiliter praeses, cuius etiam res ordinare ac provehere in animo habes.

Porro, ob eximia Tua merita, praeclarasque laudes quas, in regimine Ecclesiae hucusque tuis commissae curis, promeritus es, eadem Sanctitas Sua in testimonium quoque grati animi, Tibi in novo labore adesse ac maximo Amplitudinem Tuam prosequi favore, haud omittet.

Interim, vero celestium munerum copiam Tibi cumulatissime adprecatus, in praemium tot laborum quos feliciter in vinea Domini exhantlasti, Benedictionem Apostolicam Summus Pontifex Tibi peramanter impertiri dignatus est.

Quae dum Tecum communico, occasione hac utor meae erga A. T. existimationis sensus profitendi, quibus maneo

Tibi addictissimus
P. Card. GASPARRI

Concordat cum originali, quod asservatur in Archivo Generali Congregationis CC. RR. Marianorum. (Acta Vilnensia - Abdicatio Nr. 10).

Romae, die 12 *Novembris* 1964.

L. ✠ S.

P. ALEXANDER PERZ, *MSC*
Secretarius Generalis

Romae, die 30 *Octobris* 1964.

JOSEPHUS STELLA, *Adv.*
ALPHONSUS STERBINI, *Proc.*

(Tab. nn. 415 - 435)
Romae, die 9 decembris a. 1964.

REVISA
NICOLAUS FERRARO, S. R. C. Adsessor
Fidei Sub-Promotor Generalis